














28


XX


PICI de Strigibus &c.


Ex legato E. Equitis Antonii Francisci de Marmis

I









IO. FRANCISCI PI-
ci Mirandulæ Dñi Et Conc.
Comitis &c. Dialogus in tres
Libros diuisus: Titulus est
STRIX,
siue de Ludificatione Dæmo
num.
Eiusdē ad Leonē. x. & Conc.
Lat. De Reformādis mo-
ribus ORATIO.
Eiusdē p Asserēdis a Calum-
nia Libris Dionysii Areo-
pagitæ. EPISTOLA.
Eiusdē ad excitādū genus hu
manū a uitæ huius somno
ad futuræ uigiliam
CARMEN.

LEANDER ALBERTVS BONON. PRAE DICATORIVS, AMPLISS. PATRI AL TOBELLO AVEROLDO BRIX. POLAE ANTISTITI AC VICELEG. BONON. S.



IERONYMO Fauētino nostro consectaneo Hæreticorum Censore, optime Antistes, superioribus diebus Mirandulæ inq̄ plurimos de Christi optimi maximi fide male sentientes, sacratissimūq; eius corpus impudētissime diuersis ludibriis afficiētes, animaduertente, eosq; igni adiudicāte prætore, haud paucæ in populo mussitationes obortæ sunt, tanq̄ iniuste Hieronymus ageret, qui huiusmodi hominum genus tāta seueritate insectaretur, cū nihil eos perperam egisse contra catholicā fidē, dicerēt, propter quod tam atroci pœna mulctandi forent, cum alioqui simplices et prorsus rudes uiderent̄, et siquid tamen noxæ incurrissent, diabolicis delusi præstigiis dicendi essent. Hac de causa illustrissimus eius oppidi Princeps, et nostri æui (aliorū pace dixerim) literatorum phœnix Ioannes Franciscus Picus optimus religionis christianæ assertor ac cultor, ut mussitationibus eiusmodi clypeo ueritatis īstructus occurreret, treis hisce de rebus Dialogorū libros, Platonem æmulatus, tāta celeritate cōfecit, ut prius illos protulerit, q̄ eum scribere quispiā scire potuerit. Quibus in libris, et dæmonū fallacias, retegit, et aperte ostendit

ipsum osorē antiquū, oīum hoīes ætatū, diuersis arti-
bus, diuersisq; machinamētis superioribus qdē seculis,
nec minus his nostris tpibus delusisse. Huius ergo se-
ctæ causam recognoscit, et recognoscendo, damnat, et
damnādo, Hieronymū Cēsorē recte fecisse demōstrat,
q pestiferū genus ea pœna mulctauerit. Quū igit̃ egre
gie Pater, Mirandula hisce diebus Bononiā uenerim,
Persarū laudatissimā imitatus cōsuetudinē, nō nisi mu
nere te adire uolui. Affero itaq; tanti Principis, tantiq;
uiri treis libellos, quos dixi, quorū quidē lectione non
dubito, magnā te uoluptatē esse capturū. Decet enim
principis ac literati opa uiri, in principis ac literati ma-
nus uenire, tractari, ac sedulo uersari. Iam tertiū ob exi-
mias uirtutes tuas, ad regendā amplissimā urbē missus
es, prius qdē efflagitāte, dein uero, ubi uoti compos fa
cta est, plaudēte hac florētissima Ciuitate, quam iuste
sancteq;, ut semper cōsueuisti, nūc gubernas, ac mode
raris. Siquidē mirā cū illo tuo uiuido, ac uegeto inge-
nio dexteritatē cōiunxisti, et rectitudinē cū dexteritate,
et cū rectitudine grauitatē, ita qdē, ut agas oīa prout
lenem, rectū, atq; grauē pricipē decet. Quapp ingēteis
agimus altissimo deo gratias, qui te rursum nobis de-
derit, atq; præfecerit. Verū de his hactenus. Igitur Sal-
ue Antistes, ac optime Princeps, et Vale, Leādri tui me
mor, et nostrū hoc munus læta, ut te accepturū nō du
bitamus, fronte accipe. Ex Prædicatorio Cenobio
xi. Cal. Maias. M.D.XX.III.

IO. ANT. FLAMINIVS ILLVSTRI PRINCIPI IO. F. PICO MIRANDVLAE. S. D.

Legi magna cum uoluptate luculẽtum, Illustris Princeps, opusculũ tuum, quod aduersus maleficum genus, atq; pestiferũ scripsisti, pulcherrimum sane ac utilissimum. In quo admirabili quodã modo dæmonũ illusiones, atq; fallacias detegis, et numeroso græcorum, ac latinorum testimonio scriptorũ doces, ac esse uera ostẽdis, quæ pleriq; aniles fabulas, ac deliramẽta esse credebant. Ita quidem diuinum istud, et communi utilitati studens, ingenium tuum aliquid semper expromit, quod nõ solum rem literariam iuuet, sed etiã, quod multo pulchrius, quodq; magis mirandum est Christianam religionem exornet, ac illustriorem faciat. Qua quidem uia, si alii Principes nostri graderentur, quanto maius, non modo literis, ac literatis hominibus, sed etiam fidei catholicæ precium, ueneratio, et cultus accederet? Valde autẽ lætatus sum, quod istud quoq; præclarũ ingenii tui monumẽtũ, te permittente, ut illius utilitas passim diffundatur, Chalcographis excudendum tradiderit Leander Albertus Bononiensis familiaris noster uir in ordine prædicatorum, ut nosti, insignis, tui, nostriq; amantissimus. Perge igitur clarissime, ac eruditissime Princeps literariam simul et Christianam Rempu. tam claris, tamq; pretiosis donis afficere, ac non te solum, et generosissi-

mam familiã tuam, et patriam, sed Romanam quoq; linguam, et totam Italiam illustrare. Hæc plane sunt, quæ partum tibi splendorem, partam iandiu gloriam in dies magis augeant, atq; confirment, et quibus nihil tibi amplius de esse ad nominis immortalitatẽ tam credant homines, q̃ fateantur, et prædicent. Vale Bononia Decimo Cal. Maias. M.D.XXIII.

IO. FR. PICVS MAYNARDO SVO. S.



VSI nuper seria Maynarde, si tamen clari uiri cũ ex gentibus, tum ex nostra religione: qui dialogos ediderũt: lusisse existimamus. Sed ludus mihi uidet hoc scribendi genus: dum illis confero: quæ maiori cum grauitate disputantur: ubi de rebus ipsis: in rerum natura sint: quid sint, unde pendeant: quid nam ipsis aut intrinsecus eueniat, aut contingat extrinsecus: plane scitamur. Quæsitum aliquãdo dum nostris de lucubrationibus sermo incidisset: cur dialogo non scriberem: sed perpetua oratione, per capita, per theoremata, nõ nihil etiã per quæstiones, & adnotationes ingenue rettuli mihi magis placere per sua membra, rẽ: qua de agas: digeri, affinẽ uideri poesi dialogum. Quãq̃ scio quãdoq; fabulas oratione pedestri, & interdũ maxime seria carmine prodi solere, quod in hymnis nostris curauimus iri seruatũ, & in ea: quam nuper cecinimus, & ad te mittimus, a somno præsentis uitæ excitatione. Sed ut me non latet: si quid ficti dialogo misceatur: id non esse mẽdacium, cum tacito quodã consensu lectori fiat cognitum indicari, nõ sic, ut proditur, rẽ ex integro gestã esse, sed sic geri facile potuisse: Ita quoq; me non præterit in dialogis agi non cõsueuisse eo ordine: qui sit rerum naturæ cognoscendæ consentaneus: sed uerius Miscellaneã disciplinã prętendi, quæ similis quodam modo uideatur Omiomeriis Anaxagoræ. Apud Græcos tamen præcipuo quodam in honore id scribẽdi genus fuit (tam est auidus uarietatis humanus animus, quẽ maxime demulcebat, detinebatq; socraticorum eloquentia) cuius gratia in unum quasi dixeris corpus quæ dispersa essent, suapte natura conflarentur. Quæ cum a me absit dicẽdi facultas, etiam ab eo absfui genere scribendi. Placuit in præsen

tia nihilominus facere periculum:oblata maxime occasione,ex ludibriis strigũ,& maleficiis,quæ superioribus mensibus nostra in ditione perpetrata sunt, Vnde nomen ẽ operi adnatum Strix,siue de ludificatione Dæmonum,id maslueris appellare:qua præcipites corruere quicunq; dicebantur ferri ad ludum Dianæ(eum nunc appellant cursum)rẽ quidẽ nomine diuersam ab illa uetusta impietate, sed utrũ suapte natura differat an minime, & quo nam modo similem,quo dissimilem censeri oporteat, ex ipsa disputatione colligetur:pariterq; dabitur intelligi,quid illi cum antiquis aliis gentiũ superstitionibus commune, quid ab osore generis humani maligno dæmone recẽti malitia suggestum sit:& in eo repellendo quãta religionis ueritati fiat accessio. Qđ si tempus hoc dierum circiter decem,qđ tribus iis disputationibus seu magis libellis dialogo compræhẽsis impẽdi,non censueris perisse,& tu,& reliqui amici doctrina & iudicio præstantes:tunc alios fortasse de rebus aliis Dialogos suppetẽte ocio scribemus:sin minime,bonas meli⁹ horas collocabimus. In hoc sane opusculo putes te ubi Strigem audieris colloquẽtem, audire meram historiam, Quã partim oculis hausi, partim auribus,dum mihi libelli quæstionum recitarentur,Sed ne protraham te ab ea longius, Apistium,Phronimum,Strigem, Dicastem,simul audi de ipsa Dæmonum ludificatione disserentes.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, CONCORDIAEQVE COMITIS ET C&T. DIALOGVS, CVI TITVLVS STRIX SIVE DE LVDIFICATIONE DAEMONVM.

Dialogi personæ Apistius, Phronimus, Strix, Dicastes.

APISTIVS.



Vonam Phronime ruit illac pergens per olitoriũ forum tam frequens uulgus? PH. Accedamus tantisper dum fiat nota nobis causa tãti cõcursus. Paucorũ passuũ parua potest esse iactura? AP. Pauci non erunt: Si usq; ad templũ prexerimus: quod cœptũ extrui nuper Virgini Deiparæ: cui de miraculis facta est appellatio. Nam ultra primũ lapidẽ situ est. Videor enim uidere nõnullos ex eorũ sodalitate: qui sibi ad ædem illam sacrã domicilium delegere. Proinde cõiecturã facio illuc omnes illos: quos cõspicimus: tendere. PH. Recte uti existimo coniectaris: Nam nisi fallor: puerorũ multitudini mixtos depræhendi Satellites: qui operã nauare solẽt sacerdoti: cui cõsuetũ est de maleficis hominibus quæstiones habere. Sed quid tandem eueniet sinistri: si eo nos cõtulerimus? quin arbitror id itineris cõmodũ nobis allaturum: si nõ amplum: at certe tam gratũ: uti sit habendum opsonii uice: cũ redierimus: sed & erit fortassis preciũ operæ cũ noui quidpiã rescire facile dabitur. Quãdoquidẽ adducor: ut existimem captã Strigẽ. Ad quã tã multiforme uulgus pueris permixtũ accurrat contuẽdam. AP. Striges: ne his i locis diuersantur? haud grauatet decem passuũ millia

Cœnobiũ cõstrui ceptum Pro or. prædicatorio ad. S. Mariã de Miraculis Mirãdulę. 1522.

conficere: uidēdi causa. PH. Ergo si nullā unq̄ aspexisti: poteris nūc fortasse fieri cōpos uoti. AP. O si contingat mihi ut auē tāto studio quæsitā nusq̄ inuētā, reperiā. PH. Quā inquis auē? AP. Strigē. PH. Iocaris Apisti. AP. Serio: nō ioco id prolatū cēsere debes. Q̄ñ quidē nosse: quod ignorauit antiquitas: debet esse gratissimū homini præsertim curioso. PH. Ergo rei: quā nemo nō nouit ignoratione laboras? AP. Ergo existimas me id mihi arrogare uelle, qd' se nūq̄ depræhēdisse: nec cōstare: si qui unq̄ depræhēderint: affirmauere magni olim uiri & de lr̄is egregie meriti? PH. qd? AP. Strigē auē. Nā q̄q̄ legi. Et strigis infames ipsis cū carnibus alas. Et quod trepidus bubo: qd strix nocturna queruntur. Omenq; triste resonat infaustæ strigis, Mœstiq; cor bubonis, & raucæ strigis, execta uiuæ uiscera. Necnō in maledictis antiquis strigē fuisse. Tñ quid nā sit ipsa: quæ ipsius natura: non cōuenit. Arbitrat' q; Plinius fabulosum, qd erat de strigibus proditū memoriæ, Vbera eas infantium labris immulgere, ac sane quæ nā sit auiū strix: nō constare plane testat'. PH. Miror te poetarū, ut uideo, peritum nō legisse repelli a foribus solere Striges antiquitus, Virga quæ esset ex alba spina, easq; auidas esse uolucres, quibus grande caput, oculi stantes: incuruo rostro, pēnis cannitie respersis, & hamatis unguibus, atq; appellatas eo nomine fuisse q; horrenda stridere nocte solēt, nomen itaq; causamq; nominis, naturāq; ipsius & figurā mādatā literarū monumētis uides. AP. Teneo, qd insinuas: Sed diuersi fortasse sunt generis Striges istiusmodi, uariaq; natura. Neq;.n. dicunt' immulgere ubera labris infantiū, sed exsorbere sanguinem. Vnde ille cecinit. Nocte uolāt, puerosq; petunt nutricis egētes. Et uitiāt cunis corpora rapta suis: Carpere dicunt' lactentia uiscera rostri: Et poto plenū sanguine pectus habēt. Atq; hoc obseruatum usq; ab heroicis tpibus extitisse, illa me mouēt q; in thalamos uenere Procæ: Proca natus in illis: preda recens auiū quinq; diebus erat: Pectoraq; exsorbēt auidis infantia linguis. Et puer infelix uagit opemq; petit: Territa uoce sui nutrix accurrit alumni, Et rigido sectas inuenit ungue genas. Num tibi uident' munia. isthæc tam inter se aduersa strigū ēt uariā & aduersam naturā ɔditionēq; mōstrare: beneficas

Margin notes: Ex Metamor. / Ex Lucano. / Ex Trag. Se. / Ex fast. Ouid. / vñ dicta strix / Ex Fast. / Ex fast.

neficas aues illas, præstito nutricis officio æstimare par erat
has uero maxime noxias qbus epoto sanguine pueri necen
tur infantes. PH. Mihi potius fabulosum utrunq; uidetur
aut si qd solidæ ueritatis insit i fabula: reor nõ natas aues il-
las non inuẽtas carmine: Nenia cũ in uolucres falsa figurat
anus: Sed malorum ope Dæmonũ factũ puto: ut ille ipsæ aues
apparuerint mõ nutricis isidiãtis præferẽtes imaginẽ: eoq;
magis id mihi arridet, ꝙ fascini docuit remedium Dæmon Ex Fast.
ille Ianũ mẽtitus, ter fronde arbutea tãgẽs postes: ter eadẽ
fronde notãs limina: spargens aditus aquis, et cætera moli-
tus: quæ nõ sacta fuere: sed execranda portenta q̃q̃ de eis
& medici unde illa: Præterea si nocte pmit Strix atra puel-
los Virosa imulgẽs expertis ubera labris. Sic.n. nostri tpis Ex Quinto Ser.
striges facere cõsueuerũt: cũ ad ludũ Dianæ dicunt pferri,
uitiãt uagiẽtes in cunis recẽs natos infantes: Mox adhibẽt
remedia: quæ sic mihi ab illis pendere uident: ut nomen ẽt
deriuatũ sit: qñ mulieribus: quæ id sceleris patrãt: indita est
est apud nos, passimq; recepta iã strigis appellatio. AP. Eorum
igit Phronime uideris errore delusus: quo circũagunt ple-
riq; nostratiũ, ut uera putes, quæ uulgus prædicat. Esse ne-
scio q̃s mulierculas ad cõuiuia, ad ꝯcubitus lemurũ intẽpe
sta nocte cõuolãtes, quibus infantes fascinent. PH. Dic me
liora. Nã qd nõ pauci bene audiẽtes i lris uiri, rerum usu periti
bonis moribus præditi: pro cõpto habẽt: palãq; pferũt: erro
ris nomẽclatura nõ est notãdũ. AP. Sane psuaderi mihi id
nunq̃ potuit: ut isthæc i animũ inducerẽ meũ. PH. Qua de
causa? AP. Q̃m ridiculũ uidet facto circulo, & unguento
nescio quo pacto corpori adhibito, & expressis nescio quo
murmure uerbis, cũ inferis Dæmonibus cõgredi, equitare
noctu super ligno: quo linũ & canabis tũdi solet, sup capra:
aut hirco aut ueruece meretriculas: easdẽq; ferri per aera:
& uẽtorum tranare spatia, Dianæ choris aut herodiadis inter-
esse: Ludere, comedere, bibere, obscenis oblectari. Adde ꝙ
non conueniunt, ut accepi, nam aliæ per tractus aeris subli-
mes euehi se dicunt. Aliæ propius terram deferri: nonnullæ
animo se ire, nõ corpore testentur: ac sisti postea supra Bæ-
nacum in altissimis montibus perhibeant, miror ꝙ non in
Micala monte dixerint cum Thalete: aut in Mimãte cum

Mõtes in quibus uterq; philosophus contemplabatur sydera.
Ex Cic. de leg.
Ex Plutarcho

Anaxagora diuersari: Quædã ad Beneuẽtanã arborẽ nucẽ (ni fallor) appellatã portari se dictitãt. Sed quid causæ ut nõ magis in arpinati agro nostris oris (ut puto) uiciniore collocentur? ad marianã quercũ delatæ, si non longius progredi pigeat usq; i Cheroneã ad quercũ Alexãdri. Præterea coire dicunt cum dæmonibus, nisi fallor, abiũctis a corpore: quibus qui põt esse cõtactus? quæ libido? aut quo pacto queũt ĩnani quadam imagine delectari carneæ mulieres: cũ mortuis luctari solere laruas didici: nõ cũ uiuis. PH. Si diluam tibi argumenta tua: futurũ spero: ut assentiaris. AP. Quid ni. PH. Est enim uiri cordati, rationibus, exemplis, maiorum authoritate: quæ sit iã consensu firmata: moueri, duci, sisti, multoq; magis eius: qui ingenio præditus est: & litteris nauauit operam. Ergo si te per tua decreta ducã ad id: quod irrides: recipiendum: quid eris acturus? AP. Manus dabo. PH. Puto dabis & pedes. AP. nequaq̃ in pedicas. PH. Ego quidem id nunq̃ affectabo, sed ut in meam sententiam (ut dici solet) pedibus manibusq; discedas: id facile, ut fiat, optarim. AP. Non abnuo futurum si præstabis: qd præ te fers. PH. Videris mihi ex sermone: quem cõseruimus, gradiẽtes, poetas gentiũ percallere, nec abhorrere a philosophia. AP. Id mihi non uendico, ut percalleam poetas. Maior est enim ea professio: q̃ ut illam sibi de nihilo quispiã arroget. Nam et Græcam linguam & Latinã nosse imprimis opus eẽt. Deinde recõdita, & e philosophiæ penu frequẽter eruta sensa didicisse: quibus poetæ et maxme omnium scatet Homerus: quẽ grandibus cõmentariis illustratum ab Aristotele & quibusdam e porticu philosophis audiui, & Plutarchum accepi libro uno bene magno cõtendisse omnẽ scientiã, omnẽ artẽ, diuina deniq; & humana Cæco illi adserere. Quare ut eã mihi adesse cognitionem abnuo, ita nõ inficias eo, quãdoq; me pociũ in illis legendis exercuisse: Sed uti linguarum notitiam haurirẽ, ut quæpiam ad mores apta præcepta quasi aliud agens imbiberẽ: in amicorum corona ne ignarus litterarũ uiderer: cũ se se occasio præstat, refundenda, philosophiã: quæ illic dicitur latere. Si non bibi, at saltẽ attigi: atq; (ut dici solet) degustaui summis labris.

labris: PH. Neq; arrogantia, neq; ironia ductum te existi-stimo: sed ueritate: quæ ab Aristotele uirtus inter illa uitia collocatur media: nã nec te scire nihil simulas: nec iactas te omnia tenere: & quæ dicis de poetarũ notitia nõ abhorrẽt a uero. Nã ipse Plato & Aristoteles poetarũ Homeri Hesio-di Simonidis, Pindari, Euripidis: alioꝝ testimoniis pleni sũt. Proinde uereor ne quã dissimulas philosophiam sis amplexus. Itaq; existimo plura a te in recessũ cõgesta q̃ pollicea-ris in fronte. AP. Natura interdũ uel uirtutes, uel quædã tanq̃ rudiméta uirtutum sine ullo studio possidemus. PH. Hoc mihi responso maiorem iniecisti scrupulum. AP. Quẽ nam ais? PH. Me cum homine philosopho uerba facere. Sed id mihi protinus eximã, hinc exordiũ capiens: si respõ-dere ad ea te profiteri uolueris, quæ iis de rebus scitari cu-pio: quorum gratia differere cœpimus. AP. Respõsurum me profiteor. PH. Legisti ne unq̃ apud Homerũ Vlyssem ad Cimerios appulisse?? AP. Legi, utiq; ad genté caligino-so degentem in aere solis radiis imperuio. PH. Quid egit. AP. multa. PH. Nõ ne eius illa uerba. Ἐγὼ δ᾽ ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ. βόθρον ὄρειξ᾽ ὅσσον τε πυγούσιον ἔνθα. καὶ ἔνθα. Ἀμφ᾽ αὐτῷ δὲ χοὰς χεόμεν πᾶσι νεκύεσι.

Quæ forte Carmina latine si modo probas interpretabor. AP. Gratum facies. PH. Ipse ego de femore extraxi, tunc protinus ensem. Et foueam cubiti ad mensuram scalpere circum. Hinc atq; hinc cœpi: atq; umbris libamina fudi. AP. expræssisti sensum, & ꝓbe uerba. PH. Dianæ ludos & choreas cũ sociis nymphis puto non semel a te lectas. AP. Putas recte. PH. Nec non cõgressum Anchisem Veneri: & multos prisci temporis heroas diis illis fallacibus genitos legisse. AP. Et illud sæpenumero. PH. Deludebãt miris modis rusticæ & pastoriciæ deditos curæ hoies, ut erat plurimũ eoꝝ uita: qui heroicis temporibus floruisse ferebant. Sic etiam Dæmon pastorem Peleũ, quippe qui, ut ille ceci nit greges pecorum & armenta haud procul a muris sub opaca ualle reliquit, sub marinæ Thetidis Deæ apud gẽtes existimatæ simulachro, deluserat quoq; minus aduerteret dolum ab alio Dæmone Versipelli Proteo doctus est: quo

Plato.
Aristoteles.

Ex Ouidio.

Ex Ouidio. pacto ipsa caperet Thetis: cētū mētita figuras. Sed aliā perpende fraudē: qua ipsum decepit impēsius: cū non stuprum adulteriū ue prætēdit: sed simulauit connubiū. Quod celebrauit Hesiodus carmine, ut est proditū græcis monumentis. Atq; inde probabili cōiectura dicimus Epithalamiū Catulli ab exemplari deductū Hesiodi. qđ et tenor quoq; carminis insinuat priscā illā facilitatē præseferētis, & ipsum satis declarat Catulli studiū in imitādis græcis. Adeo ut integras elegias Callimachi mō sensum mō uerbū reddēs expresserit: sic & pastori Paridi facile sub triū Dearū simulachro Dæmon imposuit, qui uti cecinit Coluthus Thebanus in libro de raptu Helenæ: ἐνόμευε πατρώϊα μῆλα. nec solum patrias pascebat oues: sed & tauros ēt, eaq; ueste induebat: ut rudē opilionē & bubulcū agnoscas, quæ ille late psequitur: Sic Lydiū illū pastorē regiū annuli pala inuersa: qua reginæ intulit stuprū: fecit inuisilem. Itaq; induebāt uarias formas Dæmones mō Dearℛ, quæ dicerent, mō nympharum terrestriū, modo maritimarℛ, quæ qm̄ sub undis latuisse suo pte ingenio credebant: ut spectari possent ut urere fortius: nutricū tenus extabāt gurgitē cano. ēt nebulę spectro occurrebāt: ut Iunonē fabulant Ixioni, ex qua supposititiū cētaurℛ emersisse finxerūt, aliaq; parabāt præstigia, quibus deluderent gentes: quibus & indocto & erudito uulgo geminatis fraudibus imponerēt. Nec ulla erat mētitæ diuinitatis imago, quæ nō suis lasciuiis rude sæculū urgeret. qn̄ etiā Dianā ipsam: cuius ludū in Dæmonis retegimus odiū, uirginitatē: quā se fingebat amare, ut illos fortassis illiceret: qui aborrerent a fœda libidine: prostituisse cōpertū est. Sic sub Lunæ noīe: quæ & Diana dubio procul dicebat, pressam dicebāt ab Endymione. Ab Hippolyto ēt inuit Firmianus, sub Dianæ noīe q illuc ptinere putauit, & appellationē Virbii, et se dem, ubi cōderet q̄ diligētissime quesitā, et medicas Aesculapii uulneribus adhibitas manus. Magiæ Dæmonicæ illa omnia: si uspiā fundus extat, fabulæ referri accepta debent, atq; huic Aesculapio data est magorℛ merces, hoc est horrēda mors. Nā fulmine periisse illū inter oēs authores ēt antiquissimos cōuenit, quāq̄ dissensio plurima, cuius nā cā sacri

Hesiodus.

De Catullo.

Coluthus.

Ex Platone et aliis.

Ex Catullo.

q̄ multę dęmonum fraudes.

legiis

legiis AP. Virgilius Hippolyti reuocati ad uitam. Plinius Tindaridos gratia rettulerunt. PH. Stesicorus, Panyasis, Polyáthus, Philarcho, Telisarchus alii aliter mãdauerũt lrãs cur Aesculapius tactus de cœlo fuerit? AP. Prome si tibi succurrit. PH. Sunt qui malint quoniam Tyndarum non Tyndarida reuocauisset ad uitã ictũ fulmine. Staphylus nullum excitatũ ab inferis prodit ab Aesculapio. Sed sanatum Hipplytũ fugiẽtẽ ex Troezene: eãq; ob causam excepisse fulmen. Polayanthus maluit ob solutas ab insania filias Præti. Philarchus ob id qd opem filiis Phinei tulerit. Inter eos uero: qui illum uoluerunt curasse: ut mortui reuerterent in uitã: Sũt qbus placuit ut eo℞ pleriq;: q Troiano in bello ceciderũt. Sunt qui i Thebana interfectos pugna. At nõ deest Telesarchus, q nõ effectui, sed conatui reuocãdi ad uitã orionis rettulerit acceptũ fulmen. Notũ illud Pindari repetitũ a Tertulliano ꝑdẽtis arsisse cœlitus, Aesculapiũ: q medicinã nocẽter exercuisset. Sic hac in re magis uariã q̃ in cæde Romuli naratione inuenimus. Vterq; tñ a gẽtibus relatus in deos quãtũuis hic latro: ille magus fuerit. Quo magis mi ror sibi ñ ꝯsuluisse uirũ illũ insignẽ q tot magni cuiusdã principis sũptibus auo℞ memoria: troianũ bellũ & iliẽsem oẽm oppugnationẽ referre pollicitus, dũ circũ describit, ut ostẽdat ubi Aeacides, ubi Vlysses tetendisset, raptus a Dæmone nusq̃ cõparuit. AP. Mira refers. PH. Sed cõperta. Nã princeps ille & ad uarios Italiæ populos & ad Germanos. & quo non? quesitũ misit uirũ illũ. ex cuius discipulis postq̃ magister periit, unus, ad hoc se cõtulit oppidũ, & sui facinoris usq; ad meã memoriã reliquit uestigia. Nã eius, qui furtum fecisset pingebat imaginẽ quærenti: & in aquæ phiala sacrilegiis quibusdam adhibitis ostendebat figuram, uestem, modumq; omnem: qui ab eo seruatus in re auferenda fuisset. Virũ noui proditũ ab eo, cũ amuleta inuolasset: & domi in arca locasset, nemine hominũ præsente, et eius temporis memini quo nũciũ supstitioni remisit & abiurauit magicam disciplinam: Si decẽ dies simul pergeremus, nõ mihi satis esse putarẽ tẽporis ad exprimendas, quæ obseruaui, uariis modis proditas Dæmonis insidias non nisi

Dissesio de morte Aesculapii uaria.

De interitu magi nobilis auo℞ memoria.

Cur nomen Sathanę.

Iustissima de causa Sathan appellati, q͂ semper.s.aduerset humano generi: cũ omnibus in rebus, tum præcipue i hac de qua dicere instituerámus, coeũdi facultate præseferẽda. Quã: qui negat ut pote cõtranitẽs tot uiris: qui se dicũt expertes, qui ex aliis, qui expti essent audiuisse testanť: impudẽtiæ noĩe taxatur ab Augustino, creberrimæ famæ testimonio scribẽte.xv.de Dei ciuitate uolumine, Siluanos, & Faunos, quos uulgo ĩcubos uocãt, improbos sæpe extitisse mulieribus & earũ appetisse ac pegisse cõcubitũ, & quosdã Dæmones, quos Dusios Galli nuncupant: hãc assidue immũdiciã & tentare & efficere. Ap. Perge oro. PH. Quãtũ ad aereũ pertinet iter: audiuisse etiam te puto: nisi legeris: Abarim ex Hyperboreo Phœbi templo sagitta nixum ad Pythagoram uenisse in Italiam. AP. Nec hoc ignotum mihi cõmẽdatum literis a quodam philosopho platonico fuisse. PH. Si hæc rite succurrũt, cæteris assentieris facile. Nam totam illam Vlyssis necyomãtiã a circulo cœpisse exordiũ subire animum debet. Vnde noua isthæc non esse figmenta ducendi Circini: Sed uetera uel præstigia uel fabulamẽta facile percipies, quæ Latini etiã poetæ curarunt imitari. Nã & Scipio quoq; introduciť ferro cauare refossam humum: & quæ sequunť ad Vlyssis exemplum. Verũ uetustiora esse q̃ ab Homero sumpserint exordiũ cũ umbris colloquia: Scire illi facile queunt, quibus Orphei carmina hac ipsa de re comperta sunt: quẽ nõ modo imitatũ Homerum constat in accersendo Tyresia: Sed etiã numeros ipsos magna cura & scrupulosis obseruationibus assecutum. Scribit Iustinus martyr primum Iliados carmen ad exemplũ primi carminis Orphici: qđ de Cerere inscriptũ erat, fuisse compositum: & q̃q̃ ritibus uariis, tamen appetebant omnes cõmertia functorũ, ita, ut ad inferos dicerenť descẽdere: qđ longo post Orpheum & Homerum tempore Pythagoræ contigisse ferebatur. Vidisseq; illum Hesiodi animam & Homeri dare pœnas: ob ea, quæ de diis attulissent. ac magno illum ipsum apud Crotoniates ea de causa in honore habitum: præcipue cũ rettulisset se apud inferos cruciari notauisse: qui suis uxoribus congredi nollent. Porro

Aug: xv. de ciuit. Dej

Ex libris Iamblichi de secta Pythag.

Ex Silio Ita.

Iustinus martyr.

de aeris

de aeris tráſmiſſo ſpatio quid ambigas neſcio, quãdoquidẽ
referre non uidetur. Sagitta ne: an Icamno: an capra uẽtorũ
pennas metiaris: Nã quo modo uectus Pythagoras & Em-
pedocles fuerint nõ eſt proditũ memoriæ: Biga ne an qua-
driga: an alato Pegaſo, draconibus ue: an oloribo: ut uel Ve
nerem uel Medeam imitaretur: an potius ut Circen ſerpẽ-
tibus biiugis, aut leonibus inſtar Cybelis, aut Lyncibus ad
exemplũ Bacchi, ſeu magis more Triptolemi iã ſup Euro- Ex metamor.
pen ſublimis & aſida terrã, ut ille frugum: hic philoſophiæ
ſator ueheret. Vterq; Pallade hoc eſt Dæmonis aſtutia dece Simon Mag.
ceptus. AP. Audiuiſſe ni fallor memini etiam de Simone
Mago qui aerium iter tentarit & in ſuam pernitiẽ. PH. Et
forte audiuiſti de neſcio quibus æthiopibus: qui frenare Dra
cones, & in Europam uenire dorſis eorum inſidentes cõſue
uerint. Nam ita proditum fertur a Rogerio Baccone. Sed ſi Rogerius bac
des penes auditoris gnari doctiq; lectoris arbitrium repona- con.
tur, ne Dedalæos nos cõminiſci uolatus exiſtimes: qui ſi mẽ
daces non ſunt, dæmonicis quæunt accepti referri machi-
namẽtis: Vt ſileam quo modo euanuiſſe dictus e conſpectu
Domitiani Tyaneus Apollonius. Cæterũ ſucubos & incu-
bos ſpiritus ſi admittis apud antiquitatẽ fuiſſe, quid eſt cau- Ex Philoſt.
ſæ uti ad noſtrã nõ admittas tempeſtatem: cum tot & tan-
tis id approbetur teſtimoniis, quæ referam ſi libuerit. At de
unguento, te puto non ignorare. Quæ cum Lucianus Sy-
rus tum Apuleius Afer mandauerint memoriæ poſteritatis. Ex Aſino Lu
Alter græco, Alter latino ſermone, atq; hinc ab illo expſſa & ciani.
κυβώτιον & πάνυ πολλὰσ πυξίδασ & ἔλαιον. Quorſum
igitur & arcula & tam multæ Pyxides & oleũ ab illa mulie-
re ſuſq; deq; uerſata: ipſemet declaret author. ἐκ τούτου λα
βοῦσα χρίεται ὅλη ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξαμένη τῶν κά-
τω καὶ ἀφνωπτερα ἐκφύεται αὐτῆ. Vnctam igitur ab un
guibus ſtatim uolatilem factã ſcribit: ſubditq; poſt paululũ
q̃ nihil aliud fuerit ἢ κόραξ νυκτερινόσ. Ita enim uidebatur
eis nocturnus coruus, qui aut intuebant: aut fingebant aſpi-
cere. Neq; enim ex ipſa rei ſpecie in alienam quicq̃ tranſfor
mari crediderim unguine ullo: cantu ue magico. Tamẽ un-
guentis quibuſdam uideri delibutas uolebant ſtriges illæ,

Ad hoc ut uel sibi uel aliis apparerent, formã in aliam priori dissimilem fuisse cõuersas. Et q̃q̃ rhetor hic salsus & uapidus mutatum se finxit: nõ tamen in auem, q̃q̃ eodem usus esset pharmaco, sed in asinum mentitus est. Proinde fœminã illã indoluisse suspicatam Pyxidis errore mutatum in asinũ Lucianum. Vnde uariam subindicauit rei nõ essentiã, sed imaginem, eoq; id apertissime cõfirmauit, q̃ mentem animũq; Lucii, se profitetur in asino retinuisse. Sed neq; existimãdum in mentem uenisse illi tale somniũ uertendæ formæ, nisi fama cõstaret Thessalis mulieribus id esse peculiare. Neq; is, qui postea illum imitatus est, platonicus, non id confirmauit in Thessaliã se profectũ simulãs, priusq̃ abolita forma priore nouam se finxisset indutum, haurito, si recte uerba ipsius refero, plusculo uncto, & pactis: quæ plurima memoriæ p̃didit. Vt oĩbus pene numeris uideat̃ uoluisse imitari samosatenũ. Quippe cum Thessalici murmuris oleiq; magici trãsformãtis, & amuleti rosacei reformantis mentionem fecerit.

Ex asino apuleii.

AP. Cur putas rosacei illius Alexipharmaci mẽtionẽ factã?

PH. Si q̃d inest solidi, censeo tractũ ab Aristotele, apud quẽ legi inter admirãda reponi. Rosarũ odore facile mori asinos cõsuesse: quod & Lucianus & Lucius edocti finxerũt dispe rire asinũ: quo se indutos uolebant: aut quid aliud latet magicũ. Nã infames certe olim ueneficiis erãt Thessalæ Thressæq; mulieres: quibus etiã carmine deduci lunã fabulabant̃: & defixa cœlo deuocari sydera: q̃d erat etiam Sabinis, ut ille prodit, cõmunicatũ facinus. Baccho præterea dicebantur afflatæ, Mimallonũq; & Aedonidũ eis facta appellatio, Furebãtq; complicatis inter Thyrsos anguib9 magico præstigio, tãta ueneratione habitæ: ut Magni Alexãdri mater Olympias earũ uoluerit ritibus initiari. Existimo quæ uideant̃ mẽdatia fortassis trahere potuisse principiũ ab aliqua similitudine ueri. At uidet̃ probabilius ab ipsis dæmonũ prodigiis nõ sine aliquo ueræ historiæ fundamento plurimis uanitatibus adumbrato, traxisse fabulas incremẽtũ aliquod, potiusq̃ ab insomnis, ut mandatum est litteris a Synesio. Neq; enim ita propensus ad rem uulgandam fuisset: qui sibi uisus esset per quietẽ quicq̃ uidisse, ac si foras cõspexisset id, quo in admirationẽ

Aristoteles.

Ex Horatio.

Ex Plutarcho

Vñ traxerint initiũ fabulę contra Synesium.

miratione pertractatus esset. Tot eni decātata apud græcos uenefici a, tot apud Latinos: Hinc illa Massyllæ gētis sacerdos, que promittebat se carminibus soluere mentes: sistere aquam fluuiis, & uertere sydera retro: nocturnosq; manes ciere. Hinc Circes, Medeę, Canidiæ, pharmaca, & quę narrata a Theocrito Siculo, quem Maro assecutus est, Simethę Philtra. Hec omnia de nihilo ficta putabimus? Equidē memini apud Plutarchum legisse fabulā deducēdæ Lunæ astu quodam inuētam ab Aganice Thessala: quæ cū gnara esset Lunæ defectū contingere ob intercedētem umbram terræ persuasit mulieribus Thessalis, eius ignaris rei, Lunā eo tempore in terras a se deduci. Aliæ fabulæ, aliis quoq; uel gestis uel astui referri acceptæ queunt. Fuit apud Gręcos quidam nisi mihi nomen excidit, Palæphatus, qui pretiū operæ putauit ostendere, quo pacto fabularum plurimis solidum historiæ cuiuspiam fundamentum extitisset, in maius deinde uulgi fama sæpe falsa semper in stabili distractum. Vnde illud puto Virgilii. Docta Palephatia testatur uoce Papyrus. Porro notissimū illud: ueneficiis fieri solere, ut homines aut eēnt diuersi, ut quidā nugabant, aut apparerēt: quod nemo uidet iure posse inficiari, id sane nulla impudētia, quin saltē illis id ipsum uideret. Nū memor es decātatū Prętidas impleffe falsis mugitibus agros, timuisseq; aratrū: & in leui frōte quęsisse cornua. Quas postea, ut illi rosa, sic uel a Melampo mētis purgamine, ut nōnulli pdūt: & ut quidā maluere) ab æsculapio artis medicæ remediis sanatas uaria pdit historia. Proinde siue ira dæmonū furerēt, siue morbo, diuersa illis remedia coaptauit antiquitas. Nā dæmonibus ipsis: quo tpe pene potiebant orbis terrarū impio: diuersa fuit & frequēs institutio fallēdi, nō mō per tēplorū antistites: p oracula: sed p agitatas afflatu Pythio mulierculas. Trahebant. n. hoies ī admirationē sui, & i pcipitia scelerū sub religiōis ptextu deuoluebāt. Ad hæc uarias ipsi formas iduebāt. Sicq; reū ap oēs fere poetas licet spectare uariis se se ostētā ē simulachris, sic heroas illos: qui ad Ilium occubuere: Vinitori conspicuos apparuisse dicatis dialogis Philostratus posteritati cōcredidit. Sic Apollonio Tyaneo empusæ lamięue dicitur

Ex Vergilio.
Ex Theocrito
Ex libro ad Pelianum et Euridicen.
Ex Vergilio.
Frequēs Dęmonibus institutio fallēdi.
In Heroicis Philostrati.

In uita Apollonii.

occurrisse phantasma diuersas in figuras conuertens se se, & quandoq; ab oculis repente euanescens, atq; etiã Menippo Cynico, non ei: quem Varro in Satyris æmulatus, nã is huius Menippi Lycii comparatione lõge uetustissimus prodi- tur, obuersata in speciẽ connubii uel larua uel lamia. Videntᷣ ne tibi isthæc similia iis: quæ de strigibus ætatis nostræ proferuntᷣ. AP. Quodãmõ, Nã mihi nũc utiq; succurrũt illa uer-

Ex Strabone
Ex Ausonio.

ba Larua, Lamia, incubus fabulæ antiquæ & id carmen nota & paruorum cunis muliebre scelus strix. PH. Age uero de reliquis differamus, uti par queat afferri iudicium, De ueneficiis: innumera sunt cantata pocula & carmina, & pharmaca, & fabellæ uoces & marsa nenia, Nam & si blandimẽtis fœmineis methaphora quadam grunnire cum suibus dicerentur illi remiges: & fama esset arsisse Herculẽ Nesi cruore delibutũ, & uenenis colchicis afflatos amores. planeq; scitum eiuscemodi notis obscenæ libidinis commertia significari: non tamẽ ipsa per se se, sed simul' ueneficia: quæ nemo nisi uolens pateretᷣ. ppeaq; nõ osculo, sed gladio Circẽ refert

Quo mõ diuersos hoies diuerse capit Dęmon.

Homerus ab Vlysse petitã: qui ut amore non captus, ita nõ irretitus ueneficiis, quę sine dæmonũ maligna subtilitate nõ nocent. Volentes itaq; tenet, atq; ut uelint: uariis utitur artibus. Libidine uulgus capit: Diuitiis ciuili addictos uitæ Gloria perpaucos: qui sese philosophiæ studiis dediderunt. Illa uero cõuiuia si partim solida, partim imaginaria dixerimus: nõ abhorrebimus a scriptoribus uetustis. Sic enim mẽsa illa solis apud Herodotum scripta: apud Solinũ diuinior

De mensa Solis et cõuiuiis dęmonicis.

existimata. Sic in Tyanei uita conuiuium sponsæ illius, quæ dicebatur una e numero uel lamiarum uel laruarum uel lemurum: ubi aurea pocula: & quod uidebatur argentũ, euanuisse perscribitᷣ. Dæmones igitur se se hominibus insinuant

De Lamiae

uariis sub simulachris ἐμπουσαῖ λαμίαι μορμολυκίαι dicuntur a Philostrato. Sed enim apud Esaiam prophetam: ubi occursus dęmoniorum citatur: Lamiæ cubile nouimus. Quidam dæmones incubos interpretantᷣ & existimant Lamiarum supernas partes figura humana: infernas bestiarũ simulachro præsentari. Hæbreorũ uero nonnulli, per lamias intelligi furias uolunt, q̃q̃ in Threnis Hieremiæ prophetæ mammarũ lamiæ habite mentio est, putentq; nonnulli no-

men

men id a laniatu deductum, alii malunt a lama, quæ sit uorago, atq; inde suspicentur illud Horatianú fluxisse. Neu pransæ lamiæ uiuú puerú extrahat aluo. Multas quoq; lamias in spectaculo exhibitas olim a Probo Cæsare memoriæ proditum est. Cuius modi uero fuerit quæ Menippum illú deluderet, aliunde q̃ a Philostrato nõ facile resciri potest. A quo sane proditur Cynicú ipsum circũuẽtum: dum sese illi simularet Lamia matrimonio iungi. Apolloniú ego pariter existimo ludificatú: dum rogabat ab ea, ut tormentis ne sæuiret: Iam eo deceptus, ꝙ existimaret, pronas esse in amorẽ & Venerẽ lamias: & humanis carnibus uesci. Ná ducunt nõ Veneris Cupidine Dæmones sed inuidiæ, ut humanũ perdant genus, nec sanguinẽ appetunt, aut carnes, ut ebibant, ut uorent. Sed ut in tormẽta ducãt & animũ & corpus sempiterna. Afflant illi quidẽ occultá flãmã, nõ afflant illa, q̃d non latuit Poetã præcellẽtẽ cũ cecinit, occultũ inspires ignẽ, quandoquidẽ proditũ a Strige memini, in simulachris dæmonũ, cũ sese uaria specie sensibus ingerũt, id haberi solitũ discerniculi, ꝙ pectori calor simul quidá inureret. Necnon calorem nescio quem in coquendis carnibus afferebat ex improuiso subministrari. Quod te facilius existimo resciturũ, ubi Dicastum audieris, quẽ mihi iam uideor uidere cũ strige manus cõseruisse, ni me fallit obtutus longinqui spatii. AP. Cõiecturá faciebã & ex ueste: quæ a ciuili nõ abhorret: & ex ense, quo cingeris: me cũ uiro militari disserere. Sed te nõ modo poetas, historicosq; recõditos, uerũ etiá philosophos, & nostrę religionis arcana tenere compertũ habeo. Quapropter hoc ipsum: quod restat intineris: mihi uelim ita accõmodes: ut inter eũdũ & cœpto uaces eloquio: & reliqua percurras: exactiusq; narres: siqua summo digito & per indicẽ quodam mõ tetigisti, ut mihi cõgerã bene digesta, & tanq̃ cõmaducata ea oĩa, de q̃bus nobis est instituta disputatio. PH. Nõ me sed doctiore uiro esset opus, nec breui deambulatiũcula sed lõgo subsellio. Obsequar tñ tibi: ut cũq; potero. Nam qui fiat: ut morẽ nõ gerã ei: quẽ iam deprehẽdi ipsis ex respõsis inhiantẽ captãdæ ueritati? Quare prosequar cœptã disputationẽ: & quæ uidebunt ad rem facere: quãtũ per breue spatium itineris, cõcessum fuerit: narrabo. Quod cõuenire mi

Ex Vergilio.

Quõ coquãt carnes in ludo Dęmonum.

nime uideantur striges: cum de ludo referunt, potest quidē euenire aut timore, aut memoriæ lapsu. Vt sunt ineruditæ plurimum, & rusticæ mulieres: pōt & acceptum referri Dæmonum fallaciæ, qui uniuersas eodē nō afficit modo. Licet id in antiquis præstigiis deprehendere. Aliud.n. in Euxino aliud in Taurica, aliud in Italia: ueneficii genus. Nec Pharmaceutriæ Theocriti, omnino similis ea: quā Vergilius cecinit. Cæterū in oraculis idem spectasse contigit. Alia ex afflatis fœminis, alia ex hiatu terræ, alia per hominū captata in tēplis somnia. In Pasiphaes propterea dormiebant Phano. Ad Podalyrii quoq; sepulchrum medicos olim Calabros & Daunios iacere consueuisse legimus. In Aesculapii templo cubare solere plurimos notū est. Quod non heroicis tātūmodo temporibus factitatū, sed usq; ad Antonini tempora, quē Pergamum ipsius rei gratia petiisse Herodianus est author Legimus etiam oracula per statuas & integras & dimidias reddi consueuisse. Per columbas quoq;, siue illæ aues, siue eo nomine mulieres: quæ funderent uaticinia. Per arbores quoq; & i Dodone & India id plurimi authores hoc magnus rettulit Alexander. Inspirabatur aliis repente furor: & cætera id genus tam uaria, q̄ etiā & auguria & eorum: qui sacra facerēt, libamina. Nā diuersa spēs nephādi ritus & execrandi sacri. Diuersa quoq; cantamina, uetustatis, & quæ nostra etiā ætate scatent a prophanis, alio ritu q̄ solebāt a Romanis fiunt. A Catone seniore narrantur aliqua i Libris Rei rusticæ tam cōtemnēda: ut nemo fere inueniatur, qui ea legere possit sine irrisu: & tamen ab homine prodita: qui Senator, qui Censor fuit, qui triumphauit. Q d attinet ad motū: quo ferātur a Dæmone: aut q ad locum ptineat: ubi sistuntur, minime tibi mirū debeat uideri. Nā qd fallax est: suopte ingenio id sæpenumero multiplex & uarium. Quod uerax est: nititur simplicitati. Videre id licet i iis: quæ narrauimus. Datur quoq; spectare in poeticis figmētis uariis atq; inter se pugnacibus ac sæpenumero in historiis: cū duplicis aut triplicis frequenterq; multiplicis famę meminerūt. Necnō in phorum opinionibus, & in responsis: quæ promunt legum periti. Nunq̄ uero in Theologis monumentis id obseruaueris, nisi quatenus tractent, quæ & sibi & illis: quos citauimus: sint plane com-

Diuersi ueneficiorum ritus et oraculorum.

q unica ueritas multiplex mendacium.

munia

munia. Nam in iis: quæ ad ipsos proprie pertinēt nulla dis-
sensio. Hoc est ea præcepta scita ue, quæ fidē & necessarios
ad salutem mores ingrediantur, omnibus numeris conso-
na sunt & concordi uoce prolata. Itaq; malignus Dæmon
dissensionis amicus, ut mēdax & fallax est, ita uarius atq; (ut
ita dixerim), Versipellis. Qd uocabulū dixere linguę latinę
studiosi, tractum ab ipsis: de quibus iam locuti sumus fabu-
lamentis, quorū ludibrio Prodebatur homines in lupos trāf
formari. Proinde sicut antiquos philosophos sub specie do-
ctrinæ decipiebat: Pythagorā dico, Empedoclem Apollo-
nium & eius generis alios (nāq; iis: quibus teneri facile pos-
sent, laqueis utebat) ita mulierculas compotationibus lasci-
uiisq; trahebat olim, nunc & homuntiones etiā illicit. A qui-
bus cōstat philosophorū multos abhorruisse. Illos igit mul-
tifariā pellexit ad se colēdum sub uelamento sapientiæ: sub
tectorio superstitionis religionē mentitæ. Siquidem per do-
ctrinæ gradus ad precationes, hymnos, oracula se confere-
bant: quibus assequi uidebant: ut futura prænoscerēt: ut ad
diuersa ferenf loca per aerē. Fiebat id ministerio Dæmonū
qđ illi deputabant hominū diuinitati. Nam quo pacto aliter
Pythagoram modo in Tauròminio Siciliæ, modo in Meta-
ponto paruo intercedēte temporis spatio discipuli spectauis
sent disputantē: qua nam uia per aerem Empedocles, qua
nam Abaris, unde illi facta appellatio αἰθροβάτης ambula-
uisset: Apolloniū prænouisse multa, qui existimat dæmoni-
bus illum ēt imperitasse si credit apprime fallitur. Simulabat
malignus Dæmon se ab eo uexari: ut ipsi sub specie iā mēti-
tæ diuinitatis illecto, ut & cæteris quoq; fortius hæreret. qđ
ex fine si placet animaduertas. Pythagoram seditione pri-
mū deinde incēdio uoluit absumi: mox ferro curauit interi-
mi. Empedoclē infami læto perdidit, quē ad id insaniæ de-
uexerat ut se putaret diuinitatem indipisci: illudq; caneret
χαίρετ' ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός.
Quo lætādū sociis indicaret, se nō post hac mortalē hoīem
sed deū immortalē futurū: atq; ita (sic ille cecinit) Deus im-
mortalis haberi dū cupit Empedocles: ardētē frigidus ætnā
insiluit. Sed siue hac morte siue ea: quam Democritus Trœ-
zenius narrauit, cum scripsit, iniecto sibi laqueo ex proce-

Versipelle qd.

De aereo itine re philosopho rū habētium.

Miserādo exi- tu discessisse uita Pythago rā et Empedo clem.

Ex Horatio.
Ex Laertio.

ra corno pependisse: Dæmonis instinctu putandũ est exces sisse de uita. Neq̃.n. satis illi fuerat ea delusio, q̇ eius animã in diuersa transisse corpora diceret: unde illud eius carmen ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρη τε κόρος τε. Sed etiã uocibus dæmonicis, & splendore tædarum, ut Heraclides refert, lit: illectus ad mortem est. Apollonium forte rapuit cum anima simul ad interitũ sempiternũ: quæ mors magicis uidetur artibus nõ indigna. Nam de illius morte uaria feruntur. Sunt qui Ephesi, qui in Creta, qui in Rhodo: mortuũ dixerint: Sepulchrum aut Cœnotaphiũ usq; ad Philostrati tempora non extabat, quãq̃ pro Deo a quibusdã insanis cultus, qui mos, ut cætera Dæmonis machinaméta, parua temporis intercapedine periit. Sic oracula post aduentum Christi desiere, quibus uniuersus fere per easdem fallacias terrarum orbis irretiebatur. At qui palam fundebat oracula: nũc garrit in obscuris anfractibus appetẽs cõcubitus: nunc infames gentibus, olim gloriosos. Vnde illud cõiugio Anchisa Veneris dignata superbo, nec apud heroicã tempestatem modo, Sed tempore quoq; Alexãdri, & Scipionis: quibus id accessit gloriæ: ut eos multi Iouis filios existimarent: qñquidé in anguis spẽm diuersatum cũ Scipionis matre, & cũ Olympia Philippi uxore Iouẽ Dæmonẽ: quem existimabãt Deũ, notius est ex historiis q̃ ut diligẽtius referre debeam. Sic libidinis cupidos trahebat in facinus: & superstitionis fucũ etiam intermiscebat. Eo uero inescabat cupidos gloriæ, ut qui dũ uiuerent eius cõmertio futura præcinuissent, mortui quoq; sortes funderent. Hoc modo fabulanť Orpheum: qui Vates habitus: dũ inter homines moraretur, postq̃ rebus excessit humanis, fudisse oracula, caputq; illud a Thressis mulierib⁹ recisum appulisse Lesbon: rupemq; inhabitasse: & per terræ spiraméta uaticinatũ. Amphiarai quoq; Vatis & Amphilochi, & dum uiuerẽt, & postq̃ apud superos morari desiissent: oracula circũferrebant: qđ forte ambiuit Empedocles cum uoluit Deus immortalis haberi. Reges itẽ post mortẽ, bellica exercere negocia quemadmodũ Rhesum in Rhodope, nugabanť arma tractare: atq; equis & uenationibus interesse. Ad hæc exciri ferebant ipsorum animas non modo circulis illis & libamentis homericis, sed sua sponte, pactisq; quibusdam.

Christi aduẽtu deiectũ pricipatu dæmonum.

Quõ gloriæ cupidos deludebat dæmon.

quibusdam. Quo modo refert Philostratus Tyaneo se se Achillem ostentasse: et uinitori Protesilaum cũ reliquis ducibus: Qui Priamo bellum intulissent: quorum facies, mores, acta quoniã diuersa ab iis, quæ ab Homero prodita sunt nec iis consona: q̃ aut Phrygius Dares aut Dyctis Cretæus historiæ mandauere. Te moneant quãta sint fallaciæ Dæmonum & cognitioni inuecta mẽdacia, & imposita quoq; moribus noxia deliramẽta. Itaq; cũ iis, qui se sapientes opinabantur si Dæmon imposuit: illusit ita, ut & aduersa pugnantiaq; crederet, & ab ipsa ratione prorsus abhorrentia, quid causæ est, ut tam sedulo demireris nostræ tempestatis in strigibus uana multa delira pleraq; & sibi ipsis aduersantia spectari: Illud potius demirare, fuisse eam Christi sapientiam atq; potentiã. ut qđ regibus, qđ oratoribus, qđ p̄his gẽtium ante illius aduẽtum malignus Dæmon uti summu & admirabile & omni sapientia dignũ persuasit, id nũc homũtionibus & mulierculis uix psuadeat, hoc ẽ ut se se colãt ac ea quæ ipse perceperit, peragant, & qđ in toto orbe terrarũ omnibus in nationibus propalã fiebat, ut gloriosum, id nũc apud paucos clam & minutis fiat in angulis. Adde ut plenum dedecore & ignominia. Illudq; præ omnibus dignũ diuina gloria suspice, tam esse Christianæ fidei solidũ fundamentum, ut non admittat malignus Dæmon striges ad sua cõmertia, si fidem ipsam nõ abiurauerint: Sacramenta non spreuerint, salutarẽ hostiã nõ perstrauerint. Sic olor ille dei & hominũ suis initiari sacrilegiis mandat nostræ religionis desertores. Nempe quia ueritati falsitas, luci tenebræ, religioni superstitio cõuenire nõ queant. Sed iam iã te puto fieri posse eius, qđ inter pergẽdum differuimus, certiorem. En tibi strigem cum Dicaste ad propylea templi colloquentẽ. AP. Auete. Dica. Quid noui Apisti. AP. Expetimus id a te. quãdoquidẽ Phronimus hic atq; ego huc uenimus: ut strigem audiamus te coram, si modo id nõ sit molestũ: alterius mũdi negotia recẽsentẽ. Strix. Hei mihi. Dica. Bono sis animo, sine ullo metu loquere, ne dubites quin stem promissis, te quicq̃ mali nõ habiturã: si cũcta prompseris ingenue scelera tua, quæ nullo modo latere queũt: testes ha

De admirãda Christi potentia et sapientia

beo & te in primis: qđ maxime optaui: cõfitentẽ reã. STr. Dixi. quid iterũ me excruciatis? DICA. Repetere opus est non modo corã duobus aut tribus testibus: sed plurimis & mox uniuerso populo: si pœnas tibi legibus decretas cupis euadere. Facturã te recepisti: quæcũq; mandarem: proinde spopondi me tibi prætori nõ traditurũ: qui igni exurendam maiorum more decerneret: nihil aliud mando, q̃ uti referas acta cũ dæmonibus in cursu siue in ludo. STR. O ludum mihi pernitiosissimũ, o me infelicem mulierẽ. DICA. Nõ opus est lachrymis & eiulatu. STrix. Quæso ne me nunc amplius uexetis, oro spatiũ ut me colligam deinde referabo quicquid egi. DICA. Si uobis ita lubet eius acquiescã uotis. Nã meliori & animo & uoce dictura erit si indiẽ posterũ differamus quæstiones: quibus uos interesse: si mõ nõ pigebit itineris: libentissime cupio. AP. Non piguit a Cnoso ad antrum templumq; Iouis uanas Minois & Lycurgi leges audituris pergere, mihi molestum erit mille passus conficere: ut quæ iam si non uera ex Phronimi disputatione saltem uero similia uidentur propius certiusq; cõdiscam? PH. Lætor te non mihi sed ueritati aut si adhuc ea tibi non cõstat similitudini illius tantum tribuisse ac mihi certe corporis exercendi gratia non erit ingratum huc ex oppido redire. DICA. Mane igitur ad nos q̃ desideratissimi uenietis.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, CONCORDIAEQVE COMITIS ET CAET. DIALOG. CVI TITVLVS STRIX SIVE DE LVDIFICATIONE DAEMONVM LIBER II.

DICASTES APISTIVS STRIX PHRONIMVS.

DICASTES.



DVENISTIS tempestiui. Nam Strix ipsa iam iam educetur de custodia. AP. En uincta trahitur. STR. Siccine seruant promissa: quid adhibitis tormenta cõfessæ? AP. Nil tormẽtorum bona mulier huc est allatũ. Phronimus hic atq; ego spectatũ auditumq; tantummodo uenimus: &, quãtum in nobis est, auxiliatum tibi. PH. Ita est. STR. Torquent me Manicæ isthæc & arcti uinculorum nodi, uereorq;, ne in aspera magis relabar tormenta. PH. Iubeas laxari uincla. DICA. Etiam leuari iubeo. STR. Paululum respirare occipiam. DICA. Bono sis animo, nihil eorum: quæ spopondi: confide: prorsus omittã. Modo tu stes promissis: nec aliqua in re: de qua rogata fueris: ut nobis explicetur: fallas fidem. STR. Stabo, nec fallam. DICA. Edissere nobis ea: quæ mihi seorsum excipiẽte tabellione, & nudius tertius & heri uesperi confitebare. STR. Si mihi reduxeritis in memoriã percunctatione uestra: quæ mauultis: eo ordine respondebo. DICASTES. Quærite uos Apisti & Phronime: Do ueniam. Nam nobis hodie hoc præbetur spectaculum. Adsistam ego & monebo: ut ad rectam redeat: si præter orbitam flexerit.

AP. Iuisti ne unq̃ ad ludũ Dianæ, uel herodiadis. STr. Eq̃dem ad ludum p̃fecta sum, qui si Dianæ fuerit, aut herodiadis: nunq̃ audiui. PH. Dixerã tibi pridie o Apisti, uariis modis fallere Dæmonẽ. Quo tempore Diana colebatur a gentibus et per terrarum orbẽ, clarum erat eius nomen & celebre: tũ gloriosum uidebat̃ inter Dianæ Comites numerari. Quę q̃q̃ uirgines dicebant̃, tamẽ & nymphæ uocabant̃, placebatq; illis quidẽ sponsæ nuncupatio, sed effectus magis, q̃q̃ ritu nõ procuraretur legitimo. nam frequentia ibi stupra, & adulteria. Vnde illa in poematibus Homeri repetita frequenter. ἐν φιλότητι μιγᾶισσα cum a fallacibus illis siue diis siue heroibus compressam uel Dianę comitẽ, uel nympham aliam, siue Napeam, siue Ocean, aut Dryaden fabulabãtur, & q̃q̃ maritimas etiã & fluuiatiles nymphas amoribus deditas esset receptũ gentibus & uulgi consensione firmatum. Leges enim sæpe Cyrenem Leucotheam Cimodecen cæteras uel fluuiorũ uel pelagi mentitas deas. Tamen quia in mõtes subuehi, q̃ in undis mergi salubrius: & Dianæ uenatibus, q̃ tritonum fluctibus diuersari gratius apparebat, Dianæ ludum & choreas ut illecebrosas magis adamarunt. Deinde illexit alias sub specie herodiadis Idumeæ quæ choreis oblectabatur. DICA. De hoc Dianæ siue Herodiadis ludo etiã mentio in pontificiis decretis: ubi sanctio concilii recitatur: quo pelli magas sancitum est. PH. Existimas Dicaste hunc esse eũdem ludum. DICA. Sunt qui asserant: sunt qui nouam hæresim malint. PH. Ego partim ueterẽ illũ referre, partim scatere nouis superstitionibus plane crediderim: ac si dixeris antiquũ essentiã, recentẽ accidẽtibus (ut more neotericorũ loquar). DICA. Egregiam distinctionẽ excogitasti: qua dissolui queũt multa eodẽ loco pendẽtia: unde insignẽ erroris ansam captauere quidam existimãtes animo tm̃ & imaginatione nõ corpore mulierculas istas semper perferri ad ludũ. AP. Ergo existimas corpore semp transferri ad ludũ striges. DICA. Nõ utiq;. qm̃ interdũ inuẽtæ super trabe tãto ueterno pressę ut plagas nõ senserint. Interdũ scopis inter femora tãta ui compressis: ut auelli dormientibus nequiuerint. quibus scopis ferri

Vnde ludus Dianę et Herodiadis.

An cursus strigum sit idem cũ eo de quo in. c. epi. xxvi q. v.

pis ferri se putãt. AP. Quid causæ putas interfuisse: uti aliquãdo uehantur corpore: Nonunq̃ etiã uehi dum se se autumãt, sola imaginatione ludo intersint. PH. Quãdoq; præstigium est Dæmonis & uafra delusio, qñq; ipsemet strigũ delectus. proditum nempe memini literis ab Henrico & Iacobo Germanis Theologis. Dixisse quandã strigẽ. alterutro cum uellet modo se se illa tranare spatia: hoc est corpore uigili & qñq; sola imaginatione; cum tęderet itineris: tũq; sibi lecto decumbenti promptis quibusdã execrãdis uerbis nube quapiã cærulea totius ludi simulachra tanq̃ in scæna repræsentari. PH. Quid responderes aduersariis? DICA. Mirari primũ q uno ex modo itineris quadã in regione orbis quandoq; seruato, ab una quapiam sacrilegarum sodalitate mulierum modos omnes sacrilegiorum, superstitionum, magicarũ uanitatum, metiri uelint: & ad omnẽ orbis plagam protendere. proindeq; tam sapere sibi credãt, ut latissimam Dæmonis ab ipsa creatione sortitã potestatẽ, unũ in pristinũ compingant. Deinde cõtextũ illum non patiant exponi more aliorũ: qui maioris omnino sunt præiudicii ut eximant, quæ ad naturam pertinent: ab iis: quæ fidem spectant catholicam, Demum aperte uelint id non esse: qđ tamen posse fieri negare ipsi nisi magna imperitia nequeunt, & factum aliquando esse inficias ire non detur, nisi magna impudentia. s. Myriadis testiũ refragãtibus. Ac me fortasse quispiã audacior diceret. Desiderare se fidum exemplar cõcilii, & eius, qui id rettulit, maiorem authoritatẽ. Sunt enim apud Gratianũ inuersa pleraq;: propter quod inter alias fortasse causas hæc habita est: ut nunq̃ ipsa eius compilatio cõmunibus sit ita Calculis approbata, ut uice legũ recepta sit, quibus reclamare sit piaculũ. sed (ut oĩa cõcedã) clausum os aduersarii uidet distinctione tua, qua perspici potest partim conuenire cũ ludo illo cursum hunc nostratiũ muliercularũ homũtionũq;, partim ab illo diuersum esse. Neq;. n. Diana hic ascisci͠tur, aut creditur Dea Paganorũ, neq; alia quæpiã ea in regione per cõciliũ damnata uisuntur. Et multa nihil ominus hic fiunt, quæ nunq̃ ibi leguntur facta: cõmunia tã cũ aliis gentiũ superstitionibus & iniquorũ Dæmonũ ludi-

Héricus et Iacobus germani quęsitores.

De exponẽdi c. epi. xxvi. q. v.

briis, in pernitiosis unguentis in puerorũ sanguine inoxio in circo, in cãtamine magico, in maleficiis plurimis, in digres su corporeo per aeris interualla. Quẽ supra uires humanas motũ: qui negaret, posse a Dæmone fieri, subiceretur, ut exi stimo, questionibus ut religionis reus. Nempe scriptum est in libro illo sacro ab Vsitide uiro sanctissimo pscripto nõ eẽ in terra potestatẽ: quæ dæmoni cõparet. Scriptũ quoq; in euãgelio Christũ dñm sup monte, sup templi pinaculo cõ stitutũ, Theologisq; oĩbus pro re iudicata circũlatũ, obedire ad nutũ corpora spiritibus a materia seiũctis, quoad perti net. Ad loca permutãda, atq; hæc iuris ẽ disceptatio, illa ue ro facti ferantur istæ re ipsa nec ne. Nam ubi compertũ est quicq̃ posse fieri factũ an nõ factũ id fuerit, per testes tãtum modo rescitur. Quos habemus innumeros. PH. Nõ mi rum eos uno ex cõtextu delirare, ex quo aliis comprehen dũt uera: Nã ut deus ex malis elicit bona, ita pperã instituti hoĩes ex bonis mala conant elicere, sic ex sacris literis oẽs hæreses, hominũ malitia, non culpa literarũ. AP. Quæso ne interpelletis percũctationẽ meã. Nam postea de iis roga re in animũ induxerã meum. DICA. Ipsam roga. AP. Animo ne an corpore proficiscebaris ad ludũ? STR. Et animo & corpore. AP. Quodnã isti ludo nomen est factũ? STR. Dñæ ludus a nostris æqualibus & comitibus dicit. AP. Quo ibas modo? STR. Ferebar, non ibam. AP. Quo. STR. Scamno Mallei linarii. AP. Qui fieri potest ut id feratur nullo ferente? STR. Ferebat amasius. AP. Quisnã? STR. Ludouicus. AP. Homo fortassis, qui eo pollet nõie? STr. Non homo sed qui hominis in effigiẽ se præsentabat Dæmon malignus, quem putabã deum. AP. Miror christianũ hoc nomẽ sibi aptasse Dæmonẽ cũctorum osorẽ hominũ. PH. Miraris uocabulũ hoc agẽtibus ad nos deductũ imposuisse sibi eũ: qui etiã in angelũ se lucis transfi gurat. AP. A gẽtibus inquis? PH. A gentibus inquã, nã nec græca lingua nec latina aut exemplo aut origine demis sum id nomẽ nisi fallor, unq̃ inuenies. Litauicũ tñ mõ lego in cõmẽtariis Iulii Cæsaris uñ & Luysiũ parce detortũ galli ca lingua, mox latina Ludouicũ quo ille refert. AP. Nõ cõ tendo præsertim hoc tpe: quo cũ nostra strige mihi sermo ẽ

institutus

institutus. PH. Dixi qđ mihi uidet᷑:paratus auscultare prudẽtiori. AP. Sed oro sincere pãdas tuos amores bona strix. STRIX. Quid cupis rescire? AP. Homo tibi uidebatur. STRIX. Homo præter pedes: quos semper ex ansere uidebatur mutuatus, semper gestabat, inuersos ita:ut retrorsum ferrẽt uestigia. AP. Quid causæ putatis esse ut facie reliquisq; mẽbris referret hoiem. pedibus Anserẽ imitaret᷑? DICA. Hoc oibus in libellis quæstionũ leges Diabolũ siue Dæmonẽ siue Sathanã dicas, effigiẽ præseferre hominũ præter pedes, qđ sæpe quidẽ sum admiratus: & cõiectatus id esse in causa, ne humanã spẽm ex integro mẽtiat᷑, nõ permissum illi ut pedũ similitudinẽ reddat, & pedes quidẽ præ aliis membris cur reliquo non cõsentiãt᷑ simulacro, fieri potuit, qm̃ affectus per pedes in mysticis eloquiis designari cõsueuerũt, quos propterea inuersos & præposteros gerat: Cur uero Anserẽ præ aliis animãtibus effingere gressũ uoluerit:mihi fateor penitus incompertũ:nisi aliqua in ansere latentior sit proprietas quæ malitiæ queat aptari. Verũ non memini ab Aristotele tale quiddã obseruatũ, quin uerecundiã potius si rite recordor, tribuit ei auiũ generi. PH. Põt ex antiq̃ gẽtiũ supstitione quasdã ẽt reliqas occultiores spgere uoluisse gñis humani publicus hostis:cui sub Inachi & sub Inachidos simulacro, quẽdã sacra fiebãt ex ansere. hinc illa. Nec defensa iuuant capitolia quominus Anser, Det iecur in lãces Inache laute tuas. Seu ut qdã legẽdũ malũt:Det iecur in lãces Inachi uacca tuas. Plinius author est dari solere Inacho fluminis argiui deo iecur Anseris :quæ auis aqua gaudet. Quod uero Inachidi probat᷑ eo ꝙ ex Herodoti historia rescitũ ẽ ægyptios sacerdotes anserinis carnibus assueuisse. Illic aũt Isis:quæ Diana est habita:magna supstitione colebat᷑. Anser itẽ cane sagatior, ut ille ait, mirũ in modũ turbat silẽtiũ noctis facillime: Cui nocti Dianam præesse autumabant. Eius autẽ auis fortasse Dæmon simulacra desumpsit pedũ:indicaturus ut illa peruigil ẽ auis & expers somni, cũ opus est intenta custodiæ. Sic ad ludum illum properandũ, & in eo pernoctãdũ & delitiis uacãdũ esse. Cuius alitis etiam pars aliqua in libidinẽ mulieres excitare diceretur. Potuit ẽt esse amoris cuiuspiam occultioris & immanioris indicium.

Cur Dæmon anseritiis pedibus uisatur et multa et uaria.

Aristoteles.

Ex Ouidio.

Plinius.

Herodotus.

Cum proditũ ſit memoriæ anſeres alieni generis appetiiſſe
Contra Pli. libidinẽ, notũ apud Pliniũ de puero nomine Oleno argis,
& Glauco Ptolomæi regis citharœdo. quorum amore capti
Anſeres memorant, quo in loco memoria lapſum arbitror
Plinium. qm̃ nõ Olenũ noĩe puerũ, ſed Oleniũ patria nomi
Theophraſtus ne Amphilochũ fuiſſe rettulit in amatorio libro Theophra-
ſtus. Nec illud uſq; quaq; abſurdũ quoniã in delitiis menſæ,
palmæ pedũ anſeris quondã habitæ ſunt: ſignificari uoluiſ-
ſe Mẽſæ Deliæ dapes exquiſitiſſimas & æthiopicæ ſoli mẽ-
ſæ! præponẽdas, cui non legunt anſerũ pedes appoſiti quos
ahuc Meſſalinus Cotta torrere non excogitaſiet. Hæc mihi
magis arrident, q̃ ꝙ ſapientiæ nomine celebrãdi eo uidean
tur Anſeres, q d cũ Lacyde philoſopho diuerſati etiã in bal-
neis prodant. Nãq; hoc genus cõſuetudinis ſimile putaue-
rim libentius ei, qua cũ Dracone Locrenſis Aiax diuerſatus
fuerit. Nec abhorrere a familiari uoce ea: qua Socratis au-
res circũſonabãt: aut ab ea quã uaticinatam fuiſſe Atridis &
Laomedontiadi relatũ eſt memoriæ apud poema: qd ſub
titulo de lapidibus fertur acceptum Orpheo, Nec ab omni
ratione prorſus abhorrens, ut indicatam putemus uelocita
tem itineris: qua ferantur ad ludũ, quãdoquidẽ nullã auem
legimus tm̃ itineris cõfeciſſe pedibus, q̃ anſeres, quos a mo
rinis uſq; Romam pedibus ueniſſe Plinius eſt author. PH.
Heus tu alia ne unq̃ forma pedes oſtentabat q̃, ut ſic dixe-
rim, anſeritia, cũ ad te ueniret. STr. Nunq̃ alia. AP. Quo
pacto accedebat. STr. Et uocatus a me, & ſæpe ſua ſpõte.
AP. Humana ne ſemper effigie. STr. Nunq̃ niſi humana
dũ meũ expeteret cõcubitũ. AP. O qualẽ cõcubitũ uetulæ
rugoſæ. STr. Hei mihi hei mihi. DICA. Quid expaue-
ſcis. STr. Videte, uidete. DICA. Vbi? STR. Ad murũ.
DICA. Qua in effigie? STr. Paſſeris. DICA. Salaciſſimæ
nũc auis rettulit ſimulachrũ nõ abhorrẽs a colloquio mulie-
ris laſciuia ſuperãtis omnia portẽta libidinum. AP. Miror
ꝙ nemo præter illam intueatur hanc paſſeris ſpẽm. DICA.
Nemo quidẽ intuetur. AP. Mirãdũ profecto. PH. Quo
pacto miraris cũ Lydi illius paſtoris cui Gyges nomen: non
mireris annulũ etiam a Platone Ciceroneq; celebratum.
DICA.

DICA. Fit non tam inspectris malignorum dæmonũ:sed etiã in diuinis prodigiis, ut quæ palã fiant:a paucis quãdoq; uideantur, ac ut cætera sileam. Illud Martini Capiti assistẽs lumen fuit a paucissimis perspectũ, de quo disserit Seuerus Sulpitius. Et illud affulgens Ambrosio cõmẽtãti solus Paulinus aspexit. Sed ut hoc pręsens Dæmonis simulachrũ a sola strige uisum sit:causam facile referam in amicitiã:quã cũ illo constitutã habet. Ea fit ut eius non oculi solum sed imaginaria;potestas habitu quodã feraẽ in amatũ. Nudiustertius tremefacta rettulit ipsum amatorem in anguis formã spiris inuolutum conspexisse. PH. Sic apud gentes in anguis formã. Sic etiã in auiũ speciẽ. Nam coruos itineris duces Alexãdro fuisse petenti Hamonis oraculũ legisti.. AP. Vtiq; & dracones si rite lecta recordor. PH. Nũ illos fuisse dęmones coruina specie suspicaris?eos quoq; geminos coruos quos inter admiranda numerat Aristoteles, templũ Iouis in caria circũstetisse, quid tibi uideẽ mirum, cum legeris apud Pliniũ animã uagam Hermotimi Clazomeni: & Aristeæ proconesii coruinã illam speciẽ prodire ab ore solitam: quam eius esse animã nugabanẽ omnibus nõ per spectam sed qbusdã hominibus. Minus quoq; mirareris si nouisses: quod Aristotele proditũ est, & ab aliis repetitum:de Thasio illo uiro. AP. Doce quæso quid illi feratur cõtigisse. PH. Obuersatũ idẽtidẽ ipsius ante ora simulachrũ, qd aliorũ obtutibus hominũ minime patuisset. AP. Ergo credi sine animi leuitate põt morientibus, ut ferũt, benignos malignosq; spectari quãdoq; spiritus in assumptis corporibus: quos nõ intueãtur alii. PH. Quid ni?cum tot præclaris uiris & creditum sit, & ad posteritatis memoriã literis cõmendatum. AP. Recessit ne metus. STR. Recedit ex uestro colloquio, atq; præsentia. AP. Tantũ ne formidas amatorem? STr. Olim nõ formidabã. Sed postq̃ in custodia posita sum: & eo inuito nr̃os amores cõfessa, mirũ me in modũ perterrefacit. Ad carceris hostiolum, & paruã fenestrã assistẽs quãdoq; me increpat:pollicetq; auxilio fore si obstinatius reticuero. AP. Cum ad ludum pergebas:nihil ne tibi unquã incutiebaẽ pauoris? STR. Nihil prorsus. AP. Quotidie

q; spiritus in assumptis corporibus ab aliis uideãtur ab) aliis minime.

Aristoteles.

illuc pergebas? an ſtatis tempor'ibus. STR. Ea nocte: quæ ſecunda poſt ſabbatũ, & ab eo hodie quarta. AP. Interdiu ne qñq; te te cõſerebas ad ludũ? STR. Nunq̃. PH. Hinc etiam cognoſcas licet uetuſtæ ſuperſtitionis reliquias, ſi tibi reuocabit in memoriã nocturnis Hecate triuiis ululata per
Pindarus. urbes, quæ alio nomine Diana & Luna: ad quã preces fun-di ſolere mulieribus proditũ eſt a Pindaro: cum mares: ſoli de rebus amatoriis ſupplicare cõſueſſent. Nox. n. dicabatur huiuſcemodi colloquiis, & aduẽtãte die terminus eis impo-nebat. Vnde illud Et me ſæuus equis oriens afflauit anhe-lis. AP. Forte ſubeſt aliud negotiũ latẽtius. PH. Quod?
Menander. AP. Id cuius Menander meminit. ὦ νὺξ σοὶ γὰρ δεῖ πλεῖστον ἀφροδίτης. DICA. Vterq; ueſtrum ſcite, ſed huma-ne Differit: diuinitus ego profectũ oraculũ afferam nõ Apol lineum aliquod uanũ, ſed qđ ab ipſa ueritate, ipſoq; mana-
Euangelium. uit deo. AP. Profer. DICA. Qui male agit: odit lucem. PH. Id ſane q̃ ueriſſimũ. AP. Sed tu bona Strix cur non aliis noctibus choreis Dianæ ſiue Herodiadis, ſiue eius: quã nuncupas dominæ: nõ interfuiſti? ut clarius loquar: cur dæ-monum præſtigio (nam Dianã nõ eſſe Deam ex chriſtiana religione reſciui: nec Herodiadẽ nec dominari ſpiritus im-mũdos homini ſatis compertum habeo) cur inq̃ non inter-fuiſti aut uiſa es intereſſe. STR. Neſcio. AP. Parabas te, an expectabas eum: qui te ferret. STR. Circulo facto unge-bam me, & equitabam ſcamnum. Inde ſubuehebar, & per aera ferebar ad ludũ. Quãdoq; hoſtiam cõſecratam calca-bam in circulo eiq; ſtatim aderat Ludouicus: quo utebar ad libitum. AP. Quodnam id unguẽtũ. STR. Ex infantiũ ſanguine magna ex parte confectũ. AP. Quid ungebas. STR. Hem, pudet me fari. AP. O impudentiſſimã Dæ-monum meretricem: qđ non puduit facere, pudet dicere. STR. Quid mirũ? AP. Effunde uenenum uipera: quid ungebas? STR. Partes, quibus ad ſedẽdum utor. AP. q̃ pudiciſſime reſeraſti. Sed noſce aueo, q̃ta erat intercapedo tpis a diſceſſu dom' ad ludi cõgreſſũ. ST. Parua. AP. Quã-tula. ST. Minor horæ dimidio. AP. Quãtũ diſtabas a terra: cũ ueheretis. STr. Iuſtæ turris altitudine. AP. Sed qđ fiebat

in ludo

i ludo: scire maxime uelim: quare bona Strix: Si me tibi cu pis auxiliatũ uenisse, quæcũq; illic gerebant differere ne pigeat & tanq̃ repræsentare mihi uestrũ ludũ. STR. Cum ad Iordanem uentum erat. AP. Iordanem? Quid audio. PH. Hoc ad Iordanẽ iter tã paruo interuallo temporis con sectũ: existimo mendatiũ esse dæmonicũ, nam quo maiora mulierculis imponat ludibria: de magnificorũ locorũ quæsita uocabulis: eas maiori tenet irretitas uinculo. Dimidio horæ corpus humanum ex Italia ferri in Asiã nequaq̃ admittendum. Sed inde forte aucupatus fabulæ colorem Sathan: q; herodias illic habitauerit. Sed miror: q; nõ i scythiã profectas insimulet ad aram dianæ. Q̃d forte factũ ab eo fuisset: si tam familiare illis nomen scythiæ: q̃ iordanis: quẽ norunt quicunq; in sacris domibus euangelium recitari meminere: nec satis cõueniens est ludo sed immanissimæ cædi tauricum illud non sacrum sed sacrilegiũ ad flumen aliud uicinum forte fortuna illas ducit. q̃q̃ sunt, q̃ fatentur se non ad aquas ferri sed ad motium cacumina. DICA. mihi non uidetur impossibile ferri ad Iordanem saltem duarum horatũ spatio: ut fere conuenire inter ipsas striges: accepti eorum ex ore. PH. Tantum igitur intercapedinis: quãtum inter nostrã hanc patriam, & terrã Syriam Phænicemq; interiacet: eas dimetiri putas? DICA. Potest Dæmon pro libito mouere corpora. PH. At nõ est consequens ut tantillo temporis moueat, siue super terram: Illyrium uersus, & Thraciam sinistrorsum deuehantur, siue dextrorsum per Africã terrã, siue recta Ionio magno Aegeoq; trãsmisso supra Corcyrã Peloponessum supra Cycladasq;, Rhodon, Cyproniq; despectãtes, Iordanis ripa cõsidãt. DICA. Quid prohibet? PH. Tui doctores. DICA. Quo prohibẽt mõ. PH. eo quo Thomas uetat totã a Dæmone terræ molem posse loco mo ueri ipsa repugnãte natura: qua uetatur integrũ ordinẽ rerũ elemẽtorũq; dissici, atq; disperdi. Est. n. cõtra humani corporis naturã: ut tanta celeritate feratur, qua simul et cõseruet & intereat. Viuunt enim quas necesse esset interire, impetu aeris qñquidẽ natura ipsius nil mutata, magno esset impepedimẽto. Si rarefieret, facile uerteretur in ignem: si densa

De itinere ad Iordanem. Questio.

S. Thomas.

Aristoteles.
Philoponus.
Io. Scotus.

magis redderet: maiore nisu uelocitatis cursum præpediret: q̃ si totũ moueres aerem cogitatione tua: ut sua Aristoteles firmauit cœlum: tũ etiã & Philoponus apud grecos: & Scotus apud suos adhuc te contra starẽt. Intraneã quãtitatis obiiciẽtes naturã, qua se post se ipsum corpus p magnũ illud inane, aere nullo repletũ, ferri oportet atq; ita ab hinc in Asiam secluso quocũq; impedimẽto resistẽtis flatus: multo plus temporis q̃ interponi dicãt, absumeret. AP. Rogo istas subtilitates in aliũ diem excutiẽdas differatis: ludũ explica. STR. Cũ eo peruẽtũ est: cõspicimus actutum sedere dominã cum suo amatore. AP. Quisnã ille. STR. Ignoro. Noui tãtũ pulchrũ esse hominẽ, atq; aurea indutum ueste. AP. Sequere. STR. Ibi hostias cõsecratas afferrimus dñæ. Tũ illa grato animo hilariq; uultu acceptas poni super scamno iubet: & proculcari: & lotio perfundi. AP. Quis tibi has dedit ad ludũ ferẽdas. STR. Bernius sacerdos hoc in oppido natus. DICA. Scelestissimus & nequissimus omniũ: quos aut noui unq̃: aut ab aliis notos legi, hũc mille flagitiis deprehẽsum iudicaui exauctorandũ sacris, & tradendũ prætori, qui de eo statim suppliciũ sump sit decretũ legibus. AP. Cæptũ nõ intermittas eloqũ. STr. Comedimus: bibimus: cõcũbimus. quid amplius nosse desideratis? AP. Per partes ut explices uolo: qd comeditis. STR. Carnes, & alia: quæ in cibum solent quæri. AP. Vnde uobis illæ. STR. Occidimus boues: sed reuiuiscũt. AP. Quorũ? STR. eorũ: quos habemus odio, uinũq; de uasis haurimus ad compotãdũ. Deinde suũ quæq; mulier Dæmonẽ accersit ad explendam libidinem suam quiq; uiri ex dæmonibus amicam supponũt sibi. DICA. De bobus uident ludibria. PH. Similia sunt iis: quæ ille fabulatus est. AP. Quæ? PH.

Ex Luciani Gallo.

βύρσας ἕρπουσας καὶ βοῶν κρέα μυκώμενα. AP. Similia sane. qd. n. differt repẽs coriũ bouis, & semicoctas mugire carnes Ab hoc præstigio complicatæ pellis comesti iam bouis: & exsurgentis in pedes? PH. Tali enim monstro saginam arguis carinã misisse uocem admiserunt: & Achillis

Ex Argonautis et Homero

equum uaticinatũ. qui enim loquẽtẽ Xãthum nõ reicit, ab eo putamus reiiciẽdũ, aut Pegasum, aut Dedalũ, aut eũ qui

Libyci

Libyci ſpoliũ referens memorabile monſtri. Aera carpebat
tenerũ ſtridentibus alis. AP. Sed ſi recipis ipſe uolantẽ Ex Ouidio.
ſtrigem cur ſubrides: cũ illud legis, parrhaſiæ uexerũt per-
ſea pennæ. PH. Nihil rideo: ſi arte dæmonũ facta putas: ſi Ex Ouidio.
hoíum aut ope aut ingenio etiã irrideo: Nec ſimile arbitror De uocibus
monſtrũ: homini: aut equo pẽnas ad uolandũ ſingi: & equo articulatis an
linguam eſſe ad uocem inflectendã in uerba. Quãdoqui- malium.
dem nullo miraculo ſit: ut auiculæ multæ articulatas: qui-
bus aſſueuerint: uoces reddant. quãto facilius ſubſtantia ſpi
ritali uel praua uel proba poterit iumenti lingua ita uerti ut
ſermo proferatur. AP. fieri id poſſe dicis? PH. Quid ni?
cum æqua ſit natura. AP. Exemplo ne id firmare poſſes.
PH. Vnico in ſacro numerorũ uolumine repoſito, cũ Ario-
lobala æ locuta ſcribit̃ aſina. idq́ ope Angeli factitatũ theo-
logis proditur. Cũ nihilominus neſciret ipſa: quid loqueret̃
ducta eius lingua ad id ꝓmẽdũ: qđ cõmodũ erat hæbreorũ
exercitui, cui probũ ipſum ſpm̃ præfuiſſe memoriæ proditũ
eſt. Vt ſileam: quæ de locutis bobus gentiũ hiſtoriæ ꝓdãt.
AP. Scimus nec oſſa nec carnes ineſſe dæmonibus: quo mo
do comedũt quo modo coeunt? STR. Sunt ſimiles carni
bus & oſſis indutæ ab illis particulæ & craſſiores quicq̃ ſint
mortalium. AP. Poſſes ne rei cuipiã ea conferre? ut inditiũ
nobis præberes: quo membrorũ nobis cognoſcendã ſimi-
litudinem inſinuares. STR. Neſcio, niſi ꝙ craſſiora ſunt
humanis: molliora q́ & ſtuppæ denſatæ compactæ conſtri-
ctæ q́, etiam bombaſio plane ſimila. AP. Stuppam quidẽ
intelligo Phronime bombaſiũ non intelligo. PH. Xylinã
prætuliſſe lanuginẽ crediderim. STR. Id rei intelligi uolo
quod in Lodicibus inſarciri ſolet. Ap. Rem teneo, perge.
STR. Vbi ſaturata libido erat: domũ referebamur. AP.
Ibi ne te unq̃ inuiſebat. STR. Sæpenumero: & me qñq́
cum ad mercatum irem, rediremq́: comitabat̃: Ac memini
diem ueſperi ex oppido diſceſſiſſem regreſſura domũ ter cõ
greſſum mihi priuſq̃ ad limen appuliſſemus. AP. Quoto
diſtat a mœnibus ſpatio tua caſa. STR. Circiter mille paſ
ſus. AP. Paſſeris iccirco præſetulit ſpectrum. ſed mihi ſane
uenire nõ poteſt in mentem: quid ſibi uelit hic concubitus.

PH. Vt lupulis istis fiat satis. Si tñ esse queat satis iis: quę las sari dicunt: nõ satiari. AP. Nec item fieri potest, ut animo capiã: unde nã illis cõstet uoluptas. DI. tanta referũt se perfundi, ut affirmẽt in terris nõ esse similẽ, atq; id pluribus de causis euenire posse coniector prima facie: quã sibi sumunt desertores illi spiritus, gratissima. Deinde membrorũ magnitudine non uulgari: nã & illa mulcent oculos, & hac occultiores complẽt parteis, prætereaq; fingũt se captos ipsarum amore, quo nihil gratius miseris miraculis. Queunt & fortasse cõmouere intrinsecus aliquid: quo magis obiectentur, q̃ cũ uiris: nec secus euenire puto iis: qui dæmonibus abutũtur succubis. Q̃ñqdẽ scelestissimus ille sacerdos: cuius ante meminerã. Dicebat se se magis cõcubitu cũ Dæmone: cui nomen Armellinæ fuerat inditũ, delectari: q̃ uniuersis, quibus cũ coierat mulieribus: & ne putetis cognouisse paucas, etiã sororis habuerat notitiã: & ex ea filiũ sustulisse ferebãt. Illud certe in quæstionũ libellis repositũ est. Táq; propẽso erat animo in hũc amorẽ miser ille, tanta flagrabat Armellinæ cupidine, ut secũ sæpe in foro cæteris nõ uidẽtibus haberet comitẽ, eiusq; iussu, & pueros infantes, quos ritu ecclesiæ susceperat baptizandos, remittteret illotos domũ, & & hostiam nõ cõsecratã populo sustolleret adorandã, Simulato gestu uerbisq; cõficiendi sacramẽti, ut impietatẽ occuleret, & si quãdo eam rite cõsecrasset, uersis in cõtumeliam pedibus eius figuræ, quæ ibi solet imprimi: tollebat in altũ reponebatq;, dandã strigibus, ut ferretur ad ludum Dæmonicus ille amor tot scelestorum erat causa facinorum. Eodem furore alius Florinam ita refert appellari tam amat ardenter, ut mihi dixerit sæpius: dum de eo quæstiones haberem, se mori malle (q̃ eam deserere pulcherrimã fœminam, ita eam nũcupat, cuius cõsuetudine & illecebris annos quadraginta sit delectatus, eoq; deuenit insaniæ ut aliũ esse deũ nõ existimet. Is, forte si pœnitere uellet, asseruatur adhuc in carcere. Sed ne solũ putetis in religionẽ cõmittere: qui tali amore capti sunt: pars eorum Athei: pars dei contemptores: & eius: quã sunt professi: desertores fidei: & in rẽpub. extremeq; peccare condiscatis. Surripiũt aliena, maleficiis

Scelestissimi sacerdotis facinora.

Quot simul scelera cõmittant Striges.

ficiis omnia cõtaminãt: adulteriis stuprisq; penitus immergunt pueros necant, eorũq; sanguinem exsugũt, cient acerrimas tempestates, grandine uastant agros tanta strage, ut mitius egisse uideantur: qui fruges antiquitus excantarũt: cum in eos lex lata est in duodecim postea tabulis reposita. Lex.xii.Tab.
AP. Ergo non solum ab externis bonis: quæ terra parit. sed etiam a cœlo, ambienteq; nos aere damna moliuntur? DICA. Eam interroga. AP. Tonitrua cõmouisti. STR. Et sæpe. AP. Grandine petiuisti segetes. STR. Nec semel. AP. Quo ritu. STR. Agebam circulum statimq; se se Ludouicus eo cõferebat, non in uiri: sed in ignis forma tũq; fulgura, & tonitrus & grando super illis maxime campis, quos cupiebam affici calamitate. AP. Cuius rei gratia stragem moliebaris. STR. Odio, non gratia. PH. Dæmones ipsis in carminibus quodãmodo perstrepẽtes legi: cum sub deorũ illos nomine ueneficia illa aut sub eius persona poeta ingeniosus ita ciebat. Quorũ ope cum uolui ripis mirantibus amnes. In fontes rediete suos, cõcussaq; Sisto: Stantia concutio, cantu freta nubila pello. Nubilaq; induco: uentos abigoq;, uocoq;, & quæ sequuntur. Sed nostra hæc strix Medea potentior grãdinem etiam citauit & aduexit in segetes. Ad mentis quoq; hominum illecebris, quibus sensum demulcent, pelliciunt in facinus. Nam illud flãmisq; seueri, illicitis arsere senes: nec noxia tantum pocula proficiunt aut cum turgentia succo, frontis amaturæ subducunt pignora fœtæ. Mens hausti nulla sanie polluta ueneni Excantata perit, renouatum quodammodo nostro in hoc oppido uidimus. Sacerdos ille duos & septuaginta natus erat annos cum flammis e sarmentorum congerie profectis pepulimus eius flammas: quis ferebatur in succubam. Alius quintum & septuagesimum supergressus annum. Alius qui octogesima uidit solstitia, eodem in ludo octies in mense diuersabantur. ita complurium testimonio compertũ est: neq; enim unam strigem aut duas tresue, sed multas nec tres aut quatuor: qui succubis utantur Dæmonibus: sed maiori numero deprehensæ sunt, referuntq; ipsi

Ex Ouidio.

Ex Lucano.

ad duo millia hominũ frequẽtare ludum. AP. Magas tres aut quatuor nomine celebres posteritati tradidit antiquitas pleræq; igit̃ Medeæ, multę canidiæ, nec una tm̃. Ericthono stra tempestate. PH. Miraris sexcentas haberi Medeas: cũ tibi sit notũ sine admiratione una in urbe bis sex millenas Circes (sorores. n. habebantur) inueniri. AP. Rem teneo neq; enim per latebras aut anfractus quęrere sensum enigmatis oportet. PH. Hac itaq; tempestate: qua in peius ruere omnia uident̃, factũ mira prouidentia reor: ut plerisq; modis in animis fideliũ hominũ ad religionẽ longe lateq; propagandã firmatum iri uoluerit fidem deus ipse. AP. Quibus nam modis. PH. Tribus maxime. Rerũ prædictarum euentu: miraculis diuinitus peractis, & eiusmodi nephandi ritus retegẽdo scelere. Nam adamussim bella, famem, pestilentiam euenisse comperimus, tot annorũ curriculis prænũtiata diuinitus. quibus q sine fide essent, ut magnitudine calamitatis obruerent̃. ita facile uel casu uel fato quodã suspicari possent effecta, ni uigeret fides exci ata nuper hoc mõ in oppido tot miraculis a Deipara profectis uirgine, quæ ut per se fidem cõfirmant christianã. sic ex accidenti & corroborat strigum confessio: qua per testiũ ex omni sexu numerosam multitudinẽ: Dæmonas esse malignos cognoscimus aduersos christianę ueritati: quam omni conatu quo magis perdere & infuscare moliunt̃, tanto magis fit, ut erigatur & longe lateq; refulgeat. AP. Rite deduxisti. Sed tu bona strix & pueros etiam necasti. STR. Plurimos. AP. Gladio an fuste. STR. Acu & labris. AP. Quo modo? STR. Ingrediebamur noctu domos inimicorũ & amicorũ etiam qñq;, reserabant̃ nobis ianuæ: dormientibusq; parentibus arripiebamus infantes, quos cũ ad ignẽ posuissemus, forabamus acu sub unguiculis & admouebamus labra suctuq; tãtũ sanguinis: quãto repleret̃ os: extrahebamus. Hausti sanguinis pars deglu iebatur: pars adseruabatur in Pixide ad cõficiẽdũ unguẽtũ, quo nates abluant̃: priusq̃ deferamur ad ludũ. DICA. Ac ne credatis aut mentitas aut imaginatione somnioq; tum diuersari in domibus parentũ: quorum filios interficiũt: Inuenti sunt pueri lactantes pertusis digitis

Tribus pręcipue modis firmari fidem et per se & ex accidenti.

& obducta

& obducta sub unguiculis cicatrice. AP. Miror pueros: cũ pungerentur: non uagiisse. STR. Sopiunt ita, ut non sentiant: Sed expergefacti miros edunt eiulatus, ægrotantq;: & interdũ moriuntur. AP. Cur non obeunt uniuersi. STR. Curamus nos edoctæ remedia quibus inde nobis prouenit lucrũ. AP. A quibus edoctæ. STR. A dæmonibus. AP. Probabile id mihi non uidetur. PH. Non ignorat uires hęrbarum Dęmon: quas homines etiam nouere: nec tu debes ignorare, multas in Aesculapii templo medẽdi regulas inscriptas olim: quas inde sumpsisse Hyppocratem & in suos libros cõtulisse memoriæ proditũ est. Multa quoq; uulnerũ & ueneno rũ remedia mãdata sunt historię p somnũ reperta. nec nõ in templis Pasiphaes & aliorũ: qui Dii putabant: ut ante patefactum est: Dormire solitos, legimus qui morbis quærebant opem sibi per quietem reuelandam. AP. Quid uobis uestri promittunt amatores? Quid sperare iubent? STR. Vitã, diuitias, illecebras, quibus fruimur, continuas. AP. Numos ne unq̃ tibi largitus est? STR. Aliquos olim dedit: qui euanuere: pauculos mihi reseruaui quadrantes. AP. O ingentes diuitias quid si Cræsi Gaza clauderet in sponsionibus, multoq; magis quæ Alexandri fuit quadraginta millibus mulorũ uecta si Curtio credimus aut si Plutarcho Μυρίοισ ὀρικοῖσ ζεύγεσιν καὶ πεντακισχιλίαισ καμήλοισ. PH. Satis huic hominũ fęci uidetur. si tantas uoluptates præstet: quantis nec Sardanapallus, nec Smyndirides. Nec Straton abundabãt. AP: Humanæ illæ quãq̃ obscenæ: hæc ridiculæ & uanæ. PH. Vanas neutiq̃ dixeris eo si uocabulo notasti cõmẽtitias imaginariasq;. DI. Ego quidẽ partim ueras existimo hoc est ipsa re cõsistẽtes, partim inanes & nulla rerum basi fundatas, pręsertim quæ produnt a quibusdam de trãsformatione, deq; bobus iam comestis: & reuocatis ad uitam cõiectis in reseruatã & extẽtam pellẽ ossibus. Sed q per aerẽ ferant, interdũ, etiã sæpenumero comedãt, bibãt, incumbãt, succũbãt, id neutiq̃ abiciẽdũ tanq̃ falsum & abhorrẽs a ueritate. pcssem uobis plurima p̃clarissimis asserta testibus narrare, nisi uererer, ne uos defraudatos expostularetis qd tempus audiẽdæ strigi con-

De notitia dęmonũ et multiplici fallacia

De magnitudine pecuniæ quam uehebat secũ alexãder

cessum, uobis eripuerim. AP. Differas oro in diem posterum. DI. Ille quæstionibus aliis iam deputatus est. Sed si mecum prandere in animo est, quãq̃ ruri, tamen nõ deerũt opsonia saltẽ ad tolerãdam famẽ. PH. Nõ est recusandũ amici cõuiuium eo noĩe magis dignũ, quo minus cibi plus sermonis apponit. AP. Vtrũq; placet, altero corpus, altero pascit animus. DI. Percũctamini a strige, quid mauultis Vicariũ hunc hic relinquã tantisper: dum redeã: nam mẽsę præposito, quid efficiẽdũ sit, interea mãdabo. AP. Signũ aliquod habebas: quo ille se conferret uocatus inter circulum. STR. Si secessissem, & bis uocassem. AP. Qua de causa nõ ter aut quater. STR. Ignoro, ita enim instituebat: enixeq; monebat me, ne ter uocarem. AP. Quid hac in re sentis Phronime. PH. Dæmonũ isthæc pacta ab ipsomet pendẽt, nec solum aperta cuiusmodi hæc habent Sed etiã occulta: de quibus & noster Augustinus, & alii uerba fecerunt. Nequaq̃ tñ crediderim naturalẽ inesse causam huic binario, nec indicare eo uoluisse puto mynisterium Dyadis Mareta Chaldeo per Pythagorã ad Platonicos deuolutum siue is zaretas uocãdus est Origenis more in libro φιλοσοφουμένων siue scribẽdũ Zaratas quo utitur uerbo in designãdo Pythagoræ præceptore Plutarchus Cheroneus: dum Timæi Dialogi particulã interpretat, seu magis Zaradas dicẽdus sit, cum in libro de legibus a Theodorito Theologo citentur ζαράδου νόμοι quid enim Dæmonica de re cũ hac Thestili philosophãdũ? Sed potius latere hic aliquẽ dolũ fallacissimi hostis existimo, aut ut Sanctissimæ Trinitati: quæ Deus est: non consentiat etiam in uoce. aut ut auertat magis a nostræ cõsuetudine religionis, aut alia, quam ignoramus: fallacia, prodita antiq̃s gentibus sub pari numero, quẽ uolebãt dicatũ inferis, ut imparẽ superis. AP. Perplacet sed an tibi Strix constabat ab amatore delusã esse. STR. Nũq̃ AP. At cũ euanidos cõspiciebas nũmos. STR. Quoquomodo: sed non aduertebã. Redibat. n. idẽtidẽ: & multis me illecebris obligabat. AP. Quid ille petebat a te: cũ tibi tãta pollicebat. cũ tecũ habebat rem cũ ardore te: & se miro tui captũ amore simulabat? STR. Nihil aliud q̃ Christi fidem reiicerem, nihil in eo spei collocarẽ. Sed ipsum amatorem

De pactis dęmonũ et dualitate.

Zeretas Caldęus.

rem eius uice colerem, genu ipsi flecterē, Deum meū existimarē. PH. O pessimū spiritū uere Sathanā apud Hæbreos aduersariū, apd græcos diabolū, ap latinos calūniatorē, excogitari ne potuit calumnia maior in deū, q̄ ut suis uerbis gestiret illi præripere diuinitatē: & sibi eā arrogātissime & mēdacissime prorsus adscribere. unde forte nomen adamauit Dæmonis siue ꝑ sciētiā siue ꝑ timorē indicaret sed struere calumnias illi præcipuū. Sic primū hominē delusit sub deorum noīe. Vnde calumniatoris exortū uocabulū Iustinus phs & martyr asseruit. AP. Sed quo pacto discernebaris: ab aliis q̄ religioni christianæ uacāt. STR. Nullū erat discerniculū. Ad ædē sacrā cōueniebā. Quadragesimę tpe sacerdoti cōfitebar: hoc ipso dempto, oīa delicta. Accedebā ad Altare: cū ministraret sacra hostia, nihil iter me & alias mulieres itererat. Nec hoc mihi uetuerat amator. Solū monebat me tacito dicere q̄piā: & facere clā nō nulla: qbus peractis nihil amplius reqrebat. AP. Effare cūcta. STR. Festis diebus cū essem (ut fit) in ecclesia: & alta uoce legeret sacerdos, pcipiebat uti sūmissa ego dicerē uoce: nō ē uerū, mētiris, cū uero tolleret supra sacerdotis caput hostia, ut auerterē oculos iubebat: utq; flexis post tergū manibꝰ sub ueste digitos (ita ut nunc aspicitis me facere) cōplicarē. Deinde me nihil oīo referre ad sacerdotē de nr̄is amoribus & cōmertio, nihil de iis: quæ ptineret ad ludū, enixe mādabat. Cætera dicerem, nō dicerē, existimabat nihil referre. Mox cū mihi appulsæ ad arā poneret in os cōsecratū Christi corpus: uolebat sensim me illud educere, abstersione buccæ simulata: & emunctorio linteolo cōuoluere, deferendū ad ludū: ut illi eis, quos accepisti: modis illuderet. Duas quoq; hostias ꝯsutas ueste gerebā mecū. Quibꝰ p̄stari dicebat mihi, ne cōfiteri possē, quæ rogabar a iudice, quo urgēte, & mināte tormēta, iussit malignus ille: ut i trullā ꝓicerē: quā mihi custos carceris parauerat. AP. Paruisti. STr. Parui misella, rē q; pdā maxime horrēdā: cū baculo illas ꝯfregissem, emanauisse sanguinem aīaduerti. PH. Meæ neq̄q̄ aures posthac hausuræ talia sūt. AP. Nec meę. PH. Dicastę redeūti ad nos: si placet: occurramus: AP. pplacet. DI. restat ne alid. PH. stomachati adeo su

Varia Dęmonis noīa exposita.

mus, ut prandio nõ egeamus. DICA. Secedamus in hortum parumper:& deambulando fortassis opsonabitis famẽ illa reducatur in carcerem. AP. Nunq̃ in animum induxissem meum potuisse tot scelera excogitari. Ego quidem facile prius ignouissem huic hominum generi, cum existimarem leuitatem esse in causa: ut in hunc maxime inducerentur errorem, præstigiisq́ꝫ deludi strige credebam. Nec ipsas iurarem nõ deludi. Sed ut nunq̃ religionis christianæ ueritati non assensus sum. Ita parcendũ tam impiis eius temeratoribus non consentirem. DICA. Si effecero: ut constet hoc ad christanam pertinere religionẽ:& tot adduxero testes: ut nõ credere fere non queas: multa esse in ipso ludo: quæ uere:& uti nos dicere cõsueuimus (uerbum hoc mihi si placet: condonato) realiter: peragunť: puto te obstinatius non reluctaturũ. AP. In neutrã adhuc partem inclinat animus. DICA. Dic oro: uidisti ne unq̃ mortuũ quẽpiã suscitatum? AP. Non uidi. DICA. Credis mortuos posse suscitari. PHR. Non ibit inficias: cum apud poetas id sit decantatum: apud Philosophos etiã scriptũ:& in primis apud Platonem ab inferis mortuos resurrexisse. AP. Nõ acquiesco in re tam seria, tãtiq́ꝫ discriminis aut poetis aut philosophis: sed Euangelio. DICA. Alia de re: quæ nõ contineať in sacris literis: exempla præponam: Credis exire naues e gadibus & e portu Vlyssiponis Lusitaniæ, easq́ꝫ modo cõuersas in Zephyrũ per uiginti plus minus stadiorũ myriadas, ferri ad terram tam uastã: cuius adhuc sit ignotus ambitus. modo impellente Zephyro per Atlanticũ pelagus ad Indicum sinum appellere? AP. Quid ni credã? DICA. Cui credis. AP. Tot mercatoribus: qui dicunt se tale iter peregisse. ἐπ᾽ εὐρέα νῶτα θαλάσσης. DI. Eos ne allocutus es unq̃? AP. Ego quidem nunq̃: sed cum eius mihi fuit sermo: qui ea propriis auribus hausisse ab iis: qui nauigarũt affirmauere. DI. Non ne possent illi te deludere. AP. Sed quis ambigeret uiros graues mendaciis delectari? DI. Si ego tibi non pauciores numero, nõ minoris grauitate testes produxero in medium: qui ferri ad ludum striges? iureiurãdo etiã confirmauere, qui Dæmones muliebri specie succumbere uiris

Plato x°. de R. P.

De nauigatione Hispana.

uiris, qui mulieribus tanq̃ uiros incumbere Dæmonas adacti sacramento cõfessi sunt. nõ ne aquiesces? PH. Aut imprudentis uiri: aut peruicacis esse censeretur. Ni id faceres. AP. Quam obrem. PHR. Quoniam cum multi aliqua una in re conueniunt animo, & in ea confirmãda una uoce consentiũt, nõ debet uerisimile uideri: ut quispiam refragari iure queat, nisi forte aliqua inductus ratione sit, quæ tãtarum habeatur uiriũ, ut cõmuni illo consensu firmatam opinionem demoliatur, quã tibi affore neutiq̃ ipse crediderim. AP. Hoc tuũ Epicherema non nihil haberet roboris, si non applicaretur rebus quæ supra naturam uidẽtur: sed quæ in cõmuni usu hominum uersari soleant. Propterea non repugnaui nauigationi classis Hispaniæ Dianæ ludo repugno. PH. Multo magis aduersari quis posset prædicãtibus indicum iter, q̃ ludum nocturnæ Hecates, quoniã illud non fuit ullo modo cognitum antiquitati, signa tm̃ modo quædam reperta: quibus ex India quondã ad Hispaniense littus nauigium nescio quod appulisse memorãt. nunc ex Europa per pelagus Aethyopicũ nauigatur in Indiam: & iam pictis tabellis signati sunt portus & littora. Preterea nõ cognitæ modo uetustati insulæ fuere miræ magnitudinis: quæ nũc inuentæ sunt. Sed nunq̃ cuiuspiã uoce prodita terra illa uastissimi tractus nostra ætate comperta. Quã si philosophi: qui plures imaginati sunt mũdos in rerũ esse natura cognouissent, eo fortassis argumẽto ducti maiori cũ ratione uideri potuissent isanire. Ea℞ certe nec Strabo, nec Ptolemæus uerbum fecere, nec qui habiti fabulasiores meminere. De strigibus uero & in ueterum & neotericorum libris aperta mẽtio. AP. Propendere animũ iam iam mihi nescio quo pacto sentio, ut in tuam uergat sententiã: Sed testes: quos ducere in medium pollicetur Dicastes: libenter audirem & si quas haberet præter eas: quibus est usus: rationes. PH. Inconstãtis animi signũ est uacillare, ac mõ illuc uergere. Mõ isthuc inclinare. nã prius ea: quæ dicebamus: si nõ uera, certe tibi uero similia satis apparebant. Subinde repugnabas, & iure tibi repugnandum esse cõtendebas. nũc propẽsione quadam animi ferri te nostram in sentẽtiã fateris, quibus

de rebus instabilem colligo sententiam. Si nō ironia te usum fortassis existimarim, nempe assuetum poetarum ludicris, aut Dialogis in Socraticis diuersatū. E quibus certū quiddā & statum corrogari uel nūq̄ uel magna cū difficultate pōt. AP. Nihil dissimulo: nec iudico tecū mihi esse opus ironia. Sed in re tanti præiudicii nollē assentiri temere: Cōmodius mihi uidetur: modo cū modestia id fiat: subdubitare. Atq̃ hinc inde, modo tibi, modo Dicaste retegere mei animi imbecillitatem, tanq̄ uomicā Chirurgo. Est enim, si recte memini a magni nominis uiro prolatum pedetentim gradiendum esse in rebus eiusmodi, quæ captus nostros facile superare uidentur ne: si contemnantur: statim impia nobis obrepat fraus quæ uero si actutum suscipiantur: superstitio nos anilis irretiat. Ego quidem & si fui dubius animi & ambigendum mihi uideretur. nunquā tamen obstinato animo sum reluctatus. PH. Si sic affectus es: ut intellectu non uoluntate uelis hac in re uti: bene utiq̃ de te sperandum: sed illud semper cum omni in re: quæ discrimen afferat, tum in hac præcipue: de qua disserimus obseruato: ut nunq̄ præcedat intellectum affectio. Sunt enim qui ordine præpostero in doctrinæ studiis gradiantur, prius quid uerum sit, sua uoluntate decernentes, q̄ ipsum mente cōsiderantes uerum. AP. Magna teneor siti noscere: quid allaturus sit hac in re: Dicastes: quem ad nos redire conspicio. nō queunt enim nō præclara esse si promissis stare uoluerit. PH. Sed ante nostram eximere famē oportet, mox & tuā sitim. DICA. Paratum iam prandiū & in multum diē disputationē protraximus. Cum corpori: quod satis est: ad quotidianam ruinam eius instaurādā dederimus. qđ reliquum disputationis fuerit: aggrediemur.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, CONCORDIAEQVE COMITIS ET CAET. LIBER TERTIVS DE LVDI FICATIONE DAEMONVM. INTERLOCVTORES

Apistius: Strix: Dicastes: Phronimus.

APISTIVS.



O stq̃ exempta fames epulis mihi Dicaste Quæsitor liceat a te scitari ante omnia id: qđ animo meo non scrupulum sed lanceã intulit, si cõcedatur uerum esse: quod ab illa Strige nostris est auribus ingestum. DI. Liceat, ut lubet. AP. Nõ satis mihi facit, quæ dicuntur a quibusdam, dũ isthæc portenta uitiorũ tolerantur: fieri aliquando iudicium in subterraneis locis, quo debita luuant supplicia qui se se sceleribus immersere. Num satius erat, si prohiberent, q̃ si plecterentur admissa. DICA. Satius utiq; si id referas ad eũ: qui commisit scelus a quo si abstinuisset: utiq; sibi ipsi consuluisset egregie. AP. Cur permissum, ut committeretur. Num diuinius putamus futurum fuisse, si diuinitus uetaretur? DICA. Vetitũ quidẽ lege, nõ actione. AP. Cur actio illa permissa? DI. Quia libera & in hominis arbitrio reposita. AP. Num melius erat eũ: quem in isthæc impietatis præcipua lapsurum Deus nouerat, nunq̃ natum? DI. Melius oĩo: quo ad ipsum attinet i scelere usq; ad uitæ finẽ pseueraturũ, si matris in utero fuisset extinctus. AP. Si nunq̃ fuisset, putas ne illi melius? DI. Cui. AP. Ipsi. DICA. Inanis questio: q̃nquidẽ & ipse & nihil tã sibi aduersantur, ut alterũ perimat ab altero, & ipsi quod concipimus nihilo,

quicq̃ nec prosperi contingat nec sinistri. AP. Cur igitur summa deus bonitate, eũ: quẽ ad æterna tormẽta nouerat creauit. DICA. Propter ipsius sũmã bonitatẽ. AP. Qui hoc fieri põt. DICA. Eo potest: ne dei bonitas infinita uincatur ab humana malitia: atq; in hanc sententiam respondisse dicitur Petrus Apostolus Simoni Mago eandem pene roganti quæstionẽ: si recte habitam inter ipsos disputationem

Ex Clemẽte. Clemens literarum monimentis rettulit. Videretur utiq̃ tam sublimi creandæ animæ beneficio nempe infinitæ potestatis opere, cessare propter hominem ipso abusurũ beneficio. Adde ꝙ si ad uniuersas dei mõstratas mũdo uirtutes aduertas aium, iustitia se, se exerit eos amplexa, q bonitatis & clemẽtiæ munia fugere maluere q̃ seq, nec ꝑpter ea aut extinguit, aut minuitur misericordia minus plectẽs, q̃ iustitię deposceret rigor. Eoq; sæpe de scelere quicq̃ obori tur ex malis, eductum a deo ipso, quem adeo bonum præ-

Augustinus. dicat Augustinus ut mali euenire ꝑmitteret, nisi maius inde bonũ aliquid uoluisset elicere. Quod sæpenumero si nõ semper eruditis uiris quãq̃ non uulgo, deductum inde conspicitur. Sint hæc pauca tibi exempli gratia pro multis. Venundatus a fratribus fuit iustus Ioseph, eximio fratrum crimine: nil ultra requirit imperita multitudo, sed uiri & eruditi & imbuti pietate cognoscũt ex tam impia mercatura Io-

De Iosepho. sephum pene regem Aegypti cõstitutũ, patrẽ fratres familiamq; omnẽ ab interitu liberasse, atq; inde & multa & magna: quæ celebramus: secuta fuisse mysteria. Ex tyrannorũ

De Tyrãnis. tormentis & patratris cædibus. Martyrũ resplenduit & uirtus & gloria. Demum quid plura, ex Christi morte dei eximia patuit bonitas: uniuersi generis ab æterna morte redẽptio: & reserata porta pietati atq; iustitiæ. AP. Exemisti scrupulum: quo infestabar: si inter ueritates, id: qd audiuimus: reponendũ erat. nunc id unde sequebatur, historiam esse ludũ hunc non fictitium cõmentũ: ut facturũ te recepisti: disse-

De cõditione historię. re. PH. Historiam omnẽ recepturus es? AP. Minime. nã Samosatena illa meracissima fabula cũ sit: sub ueræ tamen narrationis titulo circũfertut. Sed & plurimæ sunt adeo incertæ, adeo duplicis famæ, sæpeq; multiplicis, ut parũ distare uideantur

re uideantur a fabula. PH. Rite sentis. Nam ut inter fabularũ tenebras quãquam nõ nihil interluceat ueri, sic inter narrationes historicas, quæ inter se pugnẽt: unã fortasse ueram inuenies: cæteræ, falsitate cum labent necessario sunt inter fabulas computãdæ, Neq; enim cũ uero rixari uerũ potest: Proinde mihi uideor scire Dicaste quid sibi uellet Apistius. DI. Quid? PH. Historiã testibus comprobatã plurimis, cui non collocaret ex aduerso aut maioris aut paris authoritatis alia. AP. Sensum expressisti meũ. DI. Polliceor me ostensurũ pertinere ad Christianã religionẽ: ut ludũ hũc existimemus fieri: & procuremus euelli, & historias plures non inter se aduersas, sed maxime consonas afferã & strigem huc uobis reducam: Hic illã, tu siste quãtocius, o custos carceris, Iureiurando etiam adigendã: ut fateat uerũ multa quoq; eorũ: quæ uobis adduxero: testimonia ex hominibus sacramẽto adstrictis accepta sunt: & posteritatis memoriæ mandata: ueritatis comprobandæ gratia. AP. Edissere. DI. Possem uos ad libros relegare magna cura de hac re cõpositos, sed quãquam Phronimo id non esset ingratum: qui se in omni scriptorũ genere uersatũ ea, quã habuit disputatione præse tulit. Tamẽ Apistio id nõ faceret satis: qui multum hausisse literarũ uidet: quæ politiores sunt, & eos omneis libros: qui nitore & cultu carent: auersari. AP. Damnas forte Dicaste rhetorica figura isthac, elegãtẽ aut carmine aut prosa oratione sermonẽ? DI. Nequaquã. AP. Videri tamen nonnulli solent: qui Parisiẽses tantum literas: hoc est per quæstiũculas chartis exaratas (nam uidi eleganti & accurato stilo Parisiis scripta ab ipsis indigenis uolumina) dum callent: perosi sunt orationẽ cõtinuã apte, distincte, ornateq; compositã. DI. Eorũ ego in numero, qui reponarẽ cui plane perspectũ, ita Io. Chrysostomũ, Basiliũ, tres Gregorios græce, Hieronymũ, Augustinũ, Cyprianũ, Ambrosium alios latine ita fecisse. AP. Etiam carmina scripsere? DI. Carmina certe eorũ pleriq;: ut desinant dicere illis tẽporibus cõuenisse id scribendi genus. Nam hostibus fidei etiã carminibus resistebant. Nec desunt etiam nostra tempestate, qui ad sacra nostra facilius eloquentia pertrahant

De scribendi elegantia.

quæ mõ casta sit: ea sane tam nõ potest damnari, q̃ præclarum inter homines bonũ, cui & rõ & maiorũ suffragat̃ authoritas. AP. Qui nã ii libri: & quo editi tempore. DI. Plures habent̃, Sed alii annis ab hinc sexaginta editi. unus ætate nostra. AP. Qui authores. DI. Belgas credo: aut Germanos fuisse: illius uero: quẽ postremo rettuli. Duo sũt authores ambo germani. Qui uno malleo tundere maleficas procurarũt: & magis & iustius, q̃ Nicocreon Cyprius Anaxarchũ Abderiten. AP. Quo stilo compositi. DI. Eo: qui Parisiensis uulgo dicitur per quæstiũculas sed multa subtilitate: quãtũ ea res patitur. & ut mihi uidet̃: ueritate sanctoꝝ uiroꝝ nixa testimoniis nec mihi solum id sed multis quoq; uisum Theologis. Eius postremi uoluminis exordium cæpit a Pontifice maximo, finis Cæsaris authoritate comprobatus est. Laudatũ publice librũ nouimus ab iis, q sacras profitebant̃ litteras in Agrypina Colonia. AP. Mallem mihi per te Dicaste narrari: quæ ad nostrã rem faciant siue inde siue aliunde uelis promere, qđ sermone mihi magis noto in me refundas. Nam & Phronimus hic cũ adsit disputationi, ut multa alia: quæ eis in libris non existimo contineri disseruit: ita pleraq; fortasse nõ grauabit̃ addiicere: necnõ Strix, quæ iam approperat: præter ea: quæ rettulit nullis adhuc comprehẽsa libris, alia fortasse cumulabit. DI. Morem geram hac tñ usus præfatione ueniæ, ut mihi si quid forte uestris auribus insuetum promã penitus ignoscatis: qñqdẽ & si latinas Græcasq; lĩas adamaui plurimũ: tñ haud minori studio, uersatus sum inter theologos: q post habito cultu uerborũ dignoscẽdis rebus uacauere. PH. Minor ẽ uerborũ iactura, q̃ rerũ: qui utrũq; præstare põt, antecellere iis: q altero tm̃ nitunt̃: semper existimaui. Sed si altero carendũ esset, rerũ cognitionẽ postferẽdã uocabulis nũq̃ putarim, q̃q̃ tu, ut ex sermone collegi tuo poteras abstinere ab hac culpæ deprecatione. DI. Dicã ut potero, Latine primũ oium satis cõstat, eũ qui dæmones esse negaret a catholicæ ecclesiæ limine deiiciẽdũ, ut pote sacris literis multifariã ipsoq; in primis Euãgelio repugnãtẽ. AP. Hoc omni dubio procul uti uerissimũ admitto. PH. Eiiciẽdus etiam ille iceret ab Academia, & a Lycio: quãdo apud Platonẽ

De malleo maleficarum.

De iactura rerũ, et uerborũ

q̃ impius et q̃ ignarus q dęmones esse negaret.

Platonicosq;

platonicosq; oēs multa dæmonũ mētio: a qua non abhorruit Aristoteles qñquidē in æthicis in politicis in rhetoricis eius nominis memor, ut cætera sileam loca. DI. Sed hoc differunt a nostris: q bonos illi & malos dæmones existimabant. Malignos ipsi oēs asserimus: quos q̄q̄ Sathanæ & Diaboli notemus appellatione, Dæmonis etiā nomenclatura signatos constat. hinc illa Prophetæ uerba: omnes dii gentiũ dæmonia. & Apostolus inquit nollē uos fieri socios dæmoniorũ: & illa quoq; ab Apostolo prolata, Dæmones credũt & cõtremiscũt. Ad hæc dum maleficia in excātandis strigibus, in dissoluēdis & ligandis maritalibus thalamis in torminibus, quæ præter naturā fiunt, moliant̄, pacto ea dæmonũ fieri nulli sano homini dubiũ fuit: atq; hinc apud Theologos & antiquos & recētiores, ap̄ sacras lr̄as, & canones ecclesiæ Romanæ, legesq; cæsareas multa pcipiunt̄. In Deuteronomio malefici & icātatores iubent̄ interfici. In libro leuitico Ariolos & Pythonico spũ usos lapidibus obruēdos lege cautũ ē. In. xxiiii. &. xxvi. q. decretoꝝ quæ Gratianus colligit pleraq; licet inspicere. AP. Augustinũ ĩ libris de ciuit. dei, de christiana doctrina tā multa legi possunt, ut pauca præter ea reqrant̄, uti ne meminerim iuniorũ theologoꝝ: qui nõ paucis in locis aduersum maleficia disseruere, sed & ap̄ ciuilia iura ĩ Iustiniani codice multæ cõtra maleficos & mathematicos collocatæ sunt leges. PH. Et ap̄ p̄hos quoq; iuniores tā platonicos q̄ pipateticos pleraq; uisunt̄: quæ huc possunt ptinere, Iamblichũ, dico, Proclũ, Porphyriũ. AP. Vti nõ abnuo dæmonas esse, eorũq; malitia multa posse ppetrari. ita mihi q̄ ad hāc rē proprie ptinēt: manifestari cuperē. Eāt: ferant̄ ne ad ludũ corpore, nõ uolũtate dũtaxat, & inani spectro? DI. Torquere multos qdē ɔsueuit hęc q̄stio, occasione sũpta de uerbis cõcilii cuius facta mētio ē: quæ uerba qnta q̄stione sextæ causæ supra uigesimā legũt̄, unde creditũ qbusdā corpore nequaq̄ eiusmodi ludis mulierculas & homũciones interesse sed mēte. Quapp alii dixere ludũ hũc nouā esse spēm hæreseos ab illa antiqua supstitione diuersam. Alii eādē prorsus: sed ibi fieri querellā tātũmõ & decerni pœnam iis: qui

Legibus oībꝫ maleficos dare pęnas oportere.

De.c.epi. 26. q. 5. ex quo pacto intelligant̄ quę ibi prohibent̄ credi.

existimarent Dianā esse Deā, aut Herodiadē & corpus hu manū ut Dæmonū uerti in uariarū animātium corpora & quæ raptum fortasse mentis ita discerni dū fit assererēt, ut dignosci eo probeq; posset internosci, corpus ne feratur eo quo mens ascendit. quādoquidē Paulus Apostolus id se di xit ignorare. Sed cū ferunt̃ istiusmodi striges corpore non rapi unt̃ animo, & si rapiuntur diuersa esset natura raptus a diuerso profecta principio. Vehunt̃ aūt uolētes & uigiles ad choreas, ad ꝯuiuia, cōcubitusq; nocturnos, q̄ de re ꝓba ta est mihi tua disputationis hesternæ distinctio Phronime qua ueterē quo ad essentiā, nouū quo ad accidētia ludum hunc maleficarū decernebas. PH. Si circum in antiquis Dæmonū superstitionibus reperi: si unguentū: si cantami na: si per aeris spatia humanorū corporū digressionē, si pa ratas epulas, si concubitus sub specie uirorū & mulierum: quid reliqui est: ut nō existimemus uetus esse scelestorū spi rituum cū perditis hominibus cōmertiū? q̄ autē nonnulla reperiantur in hoc spectaculo Dæmonū: quod plerisq; præ betur nūc: quæ nō antiquitus legant̃ exhibita: causas etiā aperui, plane relatas in uersipellem astutiam osoris homi num maligni dæmonis: qui diuerso tempori, diuersis ho minibus multiplices aptauit artes fallendi: ut uariis mori bus homines, in præceps uariis illecebris pelliceret. DI. Propterea placuit: quod attulisti. AP. Corpore igit̃ ferri putatis? DI. Corpore interdū puto ferri, interdū ita posse deludi facile crediderim, ut male affecta imaginaria pote state, existimēt̃ se ferri corpore, trans Gargara, transq; so nantem Ascanium, trans & Amazoniis ululatum Cauca son armis, pennis etiā dædaleis, ut fit, in somnis, uolitare se putent. sed non propterea quæstionibus subiiciūtur. quid nobis corpore an mente, domi an sardibus inambulent? sed quoniā fidem: quā sunt professæ. negauere, sacramen tis illusere, Christo contempto, Dæmonem coluere, malefi cia plurima perpetrauere, propterea in eas inquirimus: & cōuictas sceleris siue regibus, siue regulis, aut eoꝝ ꝑtoribus plectendas tradimus: non solum freti antiquis ecclesiæ iu ribus, sed nouis etiam atq; identidem repetitis. Innocentii

Quo mō cur sus strigū par tim antiquus partim nouus

Ex Vergilio. Ex. P. Statio.

Cur quęsito res de Strigi bus habēt quę stiones.

octaui

octaui primũ, deinde Iulii, Secundi Maximorũ Pontificũ Sed tamen caue, ut existimes plurimã eorũ partem corpore non transferri. PH. Monui pridie hunc Apistium Dicaste, ne q̃d omnes aut plurimi ut probabile opinentur, ipse abiiciat ut incredibile. Est Aristotelis elogiũ, q̃d oẽs proferunt, id falsum omnino nõ esse. Quo quidẽ persuasus Thomas Aquinas inter cœlites sua pietate, inter præclarissimos doctores sua scientia numeratus, existimauit maxime in secundo cõmẽtario in Theologicas sentẽtias incubos & succubos dæmones esse, q̃m multi & præclari uiri in eam sentẽtiã iuissent. Proinde Apisti quod tam publica receptũ est fama tanto cõsensu eorum: qui in literis bene audiunt: receptum, non abominare. DI. Optime illum monuisti. atq; uti maior huic possit haberi fides: huc accede Strix, iurato: & sacrosancto hoc libro: quẽ submisi tuis manibus, te tali iureiurando adactam scias, ut si fefelleris fidem, si uel minimum mentita fueris, nec apud nos ueniam: nec apud futurum sæculum te putes inuenturã. STR. Iuraui. DI. Corpore ne, an animo ferebaris ad ludum? STR. Et corpore simul & animo. DI. Quo modo scis te sublatã per aera ipso cum corpore? STR. Quoniã his ipsis manibus dæmonem: qui Ludouicus dicebatur: tãgebã. DI. Quid tangebas? STR. Eius corpus. DI. Tale ut uniuscuiusq; nostrum.? STR. Mollius. DI. Aderãt ne alii cũ corpore. STR. Maxima turba. DI. Ita omnes quotquot unq̃ subieci quæstionibus etiam sine tormentis asseruere, ita quotquot alii quæsitores percũctati sunt: una uoce respondisse commemorant. Quãq̃ sciunt hoc non esse in causa ut torqueri debeant, aut plecti: sed propter non seruatã fidẽ: quã promiserunt. Tamen uno ore tam mares q̃ fœminæ siue in hoc oppido siue alibi terrarum ita loquuntur. Dicã historiã non fabulã, Ante paucos menses, in arce oppidi illa: quam uides munitissimam, tam uastis ambitã fossis, tam altis, precinctam muris, gestabatur puer infans a matre, ut fit, in ulnis, eum cũ sacerdos, ille scelestissimus: de quo supplicium sumptum est, ut forte conspexit. Nam cum affine sibi arcis custode colloquebatur actutũ arsit ad suctũ. Proin

Aristoteles.

S. Thomas.

Nota si corpore si aio tãtum mõ pgãt striges.

de longior ipsi dies uisa, q̃ iis qui debẽt opus. ubi nox appetiit: sublatus a Dæmone & per aera inuectus est ad domũ ubi puer ipse iacebat in cunis, exsuxit eius sanguinẽ tanta copia: ut euanida quædã umbra nõ humanus puellus esse uideretur, causa palloris et morbi penitus incõperta, quoad dũ incendio adiudicatus, Veniã sceleris perpetrati petiit a parente ipsius pueri, cuius tenerrimũ sanguinem exsorberat, super altis illis mœnibus eũdo et redeundo. Eat nunc et Anthropophagos iactet antiquitas, & nostra miretur ætas in eoi maris insulis inueniri homines: qui carnibus uescant humanis. Cũ in media Italia, in hora cultissima, & ab omni remota feritate Dæmonũ malignorũ instinctu inuenta sit numerosa sodalitas humano pasta sanguine. Sed reuertor ad te Strix: qualis coitus cum aereo corpore? STR. Nescio quali corpore sed tale noui: ut oblectarer magis q̃ cũ meo uiro. DI. Num tibi pauor et horror incutiebat scienti Dæmonẽ esse? STR. Nõ uidebam nisi humanũ quiddã præter pedes: qui non ita se se offerebãt aspectui: ut uultus, ut pectus, ut cætera mẽbra. AP. o qualẽ aspectũ. PH. Talem ut absconderetur sæuitia, & leuor mollitiesq; & reliqua: quibus illiciebatur: monstrarentur. In expetẽdo in syluis Adonis cõcubitu fingitur Venus uenatricis obiisse munia. s. ut uenatorem illiceret. Vnde poeta ingeniosus Nuda genu uestẽ ritu succincta Dianæ. Hortaturq; canes tutæq; animalia prædæ. Nec nõ Anchisæ pastori non alitur illusit q̃ cõgrueret uiro qui ruri degeret. Sic apud Homerum in hymno quodã canitur quomodo se se Admetæ uirgini similem præsentauerit & magnitudine & specie unde illa στῆ δ᾽ αὖ τοῦ προπάροιθε διὸσ θυγάτηρ ἀφροδίτη παρθένῳ ἀδμήτῃ μέγετοσ τὲ καὶ εἶδοσ ὁμοίη. DI. Dic latine. AP. Dic hodierno more. PH. Non semper arridet successus temeritati in uertendis græcis ex tẽpore. DI. Verte, si potes recte si minus utrũq;. PH. Anchisen stetit ante Venus Ioue nata tonante. Admetæ similis puetæ forma atq; figura. DI. Quid sibi putas uoluisse illã poetæ similitudinẽ. PH. Satis quæ præcedũt: & sequunt: ostẽderũt. Nanq; illũ petiit seorsum a suis ambulãtẽ bobus

Dęmonas uarijs hoium cõditionibus uarias aptare fraudes.

Ex Metamor.

Ex hymno ad Venerẽ maiori.

& solitariũ splẽdoreq̨ exciuit & gratia:in admirationemq̨ pertraxit mortalẽ se fingẽs,& narrata lõgis ambagibus genealogia. Deinde ad cõcubitũ illexit. AP. Legi sane & Anchisẽ dedisse pœnas fulmine istũ ꝓdictũq̨ illi ita fore, unde illud Carmẽ Ζεὺσ δέ χολωσάμενοσ βαλέει φολόεντι κεραυνῷ & q̃q̃ prodit causa uulgati criminis ea multãdũ pœna,tamen antea significat quicũq̨ deorum expetissent cõcubitum eos cœlitus male habitos. Sic Semelem fulmine ictam fabulabantur,nec ab eo longe absum:quin existimẽ secutus hac in re Callimachum q̃q̃ secus proditur ab Ouidio. Tyresiam lumine captũ,ob congressum cum Pallade uel habitũ uel expetitũ:tã et si honestiore uocabulo id finxerit Callimachus ei euenisse:propterea ꝙ nudam Pallada conspexisset. PH. Quid igitur? AP. Quoniam simulata omnia,ficta omnia aut reor,aut ambigo. PH. Existimas priscis illis heroicisq̨ tẽporibus apparuisse dæmonas:quos ex nostra religione non dubitas esse malignorum spirituũ genus? AP. Quid ni? Cur expetiuisse illos mulierũ concubitum sub specie uiri. Virorũ sub specie mulierũ nõ credis. AP. Quoniam carnei non sunt:ut uenereis oblectari queunt. PH. Dictum sæpius non eius rei causa,sed fallendi gratia id cõtigisse. AP. Ferunt tamen Deorũ dearũq̨ filii:pridieq̨ dictũ a te recordor,fundamẽtũ aliqđ substitisse fabulis. Vnde igit̃ semen i maribus? in fœminis partus? quibus ex rebus pueri prodeũt infantes? PH. Nõ de nihilo dubitas. qñ etiã ex sacræ Geneseos a Mose narratæ quopiã loco:dũ mẽtio filioꝝ dei & filiarũ hoiũ haberet: quidã eiusmodi significatos ꝯgressus putauerũt:nõnulli ad iustã & iniustã ꝓgeniẽ maluerũt referri. Verũ nõ ideo putãdũ,si q̃ filii dicerẽt Iouis & Apollinis:ut ii existiment ex dæmonũ seminibus orti quibus ipsi carẽt,sed eius hoĩs filii:a quo semen quo illi utunt̃ depromptũ ẽ. Qui.n. succumbit uiro Dæmon (ita mihi dicere liceat)fœmina hoc est sub fœminæ simulacro, idem Dæmon mulieri dum incumbit sub uiri specie:semen indit genitalibus in particulis. Itaq̨ mulier: quæ ex illo concipit semine concepisse putanda est ex illo uiro a quo illa ipsa genitura defluxit.

Ex codẽ.

Cuius haberi debeant filii q ex concubitu dęmonũ oriuntur.

Si qui uero Dearum filii falso credebantur, ueros ex alienis mulieribus partus subtraxisse Dæmonem existimandũ, & præsentasse iis in quos illudebant atq; ita decepisse iterum ut suppositítios infantes ꝑ suis alerẽt. Quo pacto si qui cõ tendere cuperent in eis quos Dearũ Deorũq; filios autumauit antiquitas: nullum fuisse mẽdaciũ (quod equidẽ nõ existimauerim cũ pleraq; fabulosa non dubitem) hoc pacto & ortum Aeneæ in Asia: & Achillis in Græcia: qui heroicis tẽ poribus fuere celebres defenderent: Necnõ in Macedonia reginam Olympiã, & in Italia matrẽ Aphricani Maioris, eo modo cõcepisse. DI. Eorũ quæ narrasti consona Phronime uidentur Augustino. PH. Enimuero nõ solum cõcubitu alliciebat fœminas, sed masculã attẽtabat Venerem. Vnde facile potest in animũ incidere, obscænos puerorũ amores exemplo dæmonũ tẽtatos ab iis: qui se se florẽ eorum carpere dicerent, & ex Asia primũ duxisse originẽ: atq; inde in Græciã & Italiã, & ad Celtas usq; paruo tẽporis spatio perductos. Nã raptus Ganymedis in Troia nulli dubiũ apud gentes antiquissimũ existimatũ. Sodomæ & Gomorræ triũq; aliarũ Asiaticarũ Vrbiũ incendiũ, nõ solum apud nostros sed apud gentes notissimum. Orpheus ex Asia in Thraciam Græciãq; profectus, ut deorũ multorũ cultus, ita execrandi illius uitii fuit author primus apud Thracas, siue ut alii malunt, Thamiras prior existimatus. In Græcia tam notũ olim ut concessum crederet ab improbis, apud Celtas olim oĩ carere uitio Aristotele authore putabat. Sed ut beneficio Christianę legis ea in ora credit extinctũ, ita maxime apud Persas uiguit & antiquo scelere & Christianæ legis absentia, quia quid in moribus sanctũ, quid ꝓphanũ quid omnino scelestũ internoscimus. Itaq; nõ tã malignus Dæmon ut oblectaret mulieres in libidinem pronas, natura illas ad conceptũ stimulante, sed cõtra naturam excogitauit spurcam tetramq; libidinẽ, & præmia iis: qui illam paterent pollicebat, Aliis æuũ perpetuũ ut Ganymedi: quẽ non minus impie q̃ impudenter uana uetustas rettulit in cœlum. Aliis diuinationem ut Brãcho pastori, cui fabulabant inspiratũ ab Apolline uaticiniũ. AP. Ne quæso referas plura

q̃ puerorum amores nefarii sint i dęmonas referendi.

tas plura mihi sane ut nota sic mira, ꝙ sæculorum decursu cõtinuo nõ euenerint. Si quod ab heroicis temporibus ad Scipionẽ ubi uentum fuerit cani poteſt receptui. DI. Dic meliora: omni tempore, omni ætate quæpiam cõtingere. AP. Cur ignorantur? DICA. Sciuntur pleraq; nõ omnia. AP. Cur nõ celebrantur? DI. Duplex ratio mihi succurrit Altera ꝙ eiecto a mundi principatu per Christi & sanguinem & mortẽ maligno dæmone, non ita frequenter & in propatulo turbis illudit. Nam sub speciediuinitatis colebatur olim, nunc ut desertor ut transfuga desertis & absconditis diuersatur in locis. Altera ꝙ oi hoium generi sua tẽdebat amoris rhetia. nunc duobus tm̃ generibus hominũ maxime satagit uenereis insidiari, optimo, & pessimo: optimum uoco qui se se Deo totis uiribus dediderunt: calcatis & contemptis illecebris & uoluptatibus omnibus etiã honestis hos impetit frequẽter: sed i occulto cũ hæc fiant: non produntur, nisi quãdoq; ad aliorũ exemplum & salutem. Pessimũ appello hoc genus: quo de loquimur strigum: nosti aũt extorqueri ab eis suos amores & minis & tormentis oportere. Neq; e. n. de eis nisi inter cõsectaneos libere loquuntur.

q̃ diuerse Dęmon priscis tẽporibus et nostris insidietur et quibus de causis.

AP. Ergo sanctis hominibus atq; iis præcipue qui se se deuouerint Deo: tendit amoris insidias? DI. Si eorũ mores & gesta mandata literis nouisses: nihil ambigeres. Prodit Sulpitius Seuerus, Martino illi sanctissimo illudere tẽtauisse dæmona sub Iouis, Mercurii, Palladis, Veneris persona. Num existimas eũ cum mentiretur Iouem regna pollicitum? Cũ Mercuriũ eloquẽtiã, omnisq; artes ingenuas. Cũ Pallada sapiẽtiã & bellicã disciplinam: cui nuntiũ iam ipse remiserat. Sub Veneris imagine quid nã deliciarũ spopondisse cõiectaris, qua cerusa? quo purpurisso genas pinxerit & labra? Num uestẽ uersicolorẽ, ludibũdos oculos, & illecebrosa uerba putas prætendisse? Antoniũ quibus modis tentauerit Dæmon: rescias ab Anthanasio, qui eius gesta & mores literarũ rettulit monimẽtis. Francisco uero quantũ iniecerit caloris: testes habeantur niues: in quas ut extinguerentur incendia ipse se iniecit? quantũ mollitiei præsentarit Benedicto, spinæ te doceãt, quibus in remediũ pestis pro

De. S. Martino.

De. S. Antonio.

De. S. Francisco.

De. S. Benedicto.

priam cutem sciens uolensq; curauit discrutiandam: Non desinit tamẽ: si quã oblatam prospicit occasionem: aliquos etiam ex plebe hominum in amorem concubitũq; manifestum pellicere. PH. Noui hominem assuetum pedestri militiæ, qui mihi non semel asseruit se concubuisse cũ Dæmone, quam existimabat carneam mulierem, atq; ita rem peractã fuisse Vir nulla fretus astutia narrabat. In Aethruria cum esset: & Pisas ex negotio peteret: profectus ab oppido quodã agri Pisani, ubi, quam haberet pecuniã, Aleæ ludo perdidisset: iter agens calumnias iaciebat in superos. offerũtur illi mercatores in equis duo: quorum alteri dum mulier equinis clunibus insideret, iis præ celeritate uiã uorantibus, uisa est desilire: quam manu apprehensam inuitauit ad contuberniũ: ubi Pisas applicuissent, simul ineũdũ. Consensit: inter eũ dum libidine accensus eius notitiam habuit: Peracto negotio, Lipothymia correptus, sex horis ĩ cãpo iacuit semimortuus: a sociis: qui eodem itinere sed lõge post gradiebantur perlatus ad urbẽ, Sex mẽsibus æger fuit pilis omnibus amissis, caligas ambustas non secus ac exustas igne, supficiæ tenus asserebat. Recordatũq; se postea solicitatum ab ea: ne manu hastam teneret: cui ferrũ insertum erat in modũ crucis: pollicitãq; se illi daturã pulchriorem. AP. De coitu satis mihi iam fit eũ ab ipsis antiquitatis primordiis procurauisse Dæmonẽ. PH. Omne cõmertium nõ lecti solũ tanq rhete prætẽdere cõsueuisse illũ non ignores uelim: atq; ut a bello Troiano repetã, quid sibi putas uoluisse draconẽ illum cicurẽ porrectum in septẽ cubitos: qui cũ Aiace Locrensi biberet, uias illi præiret, & ueluti canis obuersaretur? quid pennæ Dædali? quid alæ Pægasi, & cætera fabularũ monstris annumerata? quid philosophorũ tã multa ꝓdigia? Cur Pythagoras tã cito itq; redítq; uiam: quæ est ab Italia in insulam Siciliã? Cur Empedocles istar auis egit aerea itinera. Cur Abaris sagitta usus Apollinea ab Hyporboreis tanta fere celeritate, q̃ Boreas indidẽ profectus, Pythagorã inuisit? quid uox illa Socratẽ auertẽs, nõ impellẽs? quid Plotini familiatis genius? Quid anser Lacydi pħo cõtubernalis? q̃q̃ ut pauci comparatione

De Milite nostrę ętatis et dęmone succubo.

q̃ nõ cõcubitu solum sed omni commertio dęmones falleř a prima antiquitate cõsueuerũt

Ex Philostr.

reliquoꝝ

reliquorũ hoium p̄hi,ita & plures hoies & frequẽtius in libidinẽ pellebat q̃ ad uanã gloriã cõcitabat:nec exterius tm̃ mõ,sed sæpenumero sollicitabat interius qđ si parũ putaueris referre iteriorẽ sensum an oculos dæmõ sub Veneris spectro petulanter incessiuerit,Hieronymum sciscitare:qui quod magni illi uiri quorũ uitas & acta mãdauit literis:perpessi sunt,te sincere docturus est:necnõ quæ ipse pertulerit posterorũ memoriæ cõcredidit,palam faciẽs in carne fere mortua sola libidinũ incendia bulliisse. AP. Ergo Venus etiã Hieronymo tẽtauit cõgredi? PH. A Seuero quidẽ Veneris exprimit nomen,& sub p̄sona Veneris Martino prętentas insidias perspectum est: retexerit se se Hieronymo, an interius quicq̃ molita sit exacte nõ nouimus. Te uero latuisse nõ puto Venerẽ a uetustissimis gentiũ authoribus dici solitã & interius & exterius illabi.oculis cum se facit præsentẽ eius depræhẽdẽdæ facilis uia.At cũ potestati se se insinuat imaginarię,sensumq; ciet,nõ oium ẽ nouisse arcanas insidias.Sic uideas in Orphicis hymnis appellatã Venerẽ & uisilẽ & inuisilẽ. Itẽq; qui ab ea proficiscerentur amores dicti sagittis intellectilibus uulnerare animas,Vnde in altero eorũ hymno canit Orpheus & apparere & non apparere per illa uerba φανομένη τ' ἀφανὲσ in altero οἱ μὲν νοεροῖσιν ὀιστεύσι βελέμνοισ ψυχὰσ ut ĩtellectilibꝰ sagittis peti animas ostenderet Procli ẽt Platonici in hymno ad Lyciã Venerẽ illud est carmen συμβολ' ἔχωσι νοεροῖω γάμου νοερῶν ὑμεναίων ut indicent intellectiles nuptiæ.AP.At Deũ illũ fuisse cẽsuit Apuleius:qui Socrati obuersabat nõ dęmonẽ.PH.At Plutarchus:at Maximus Tyrius appellat dęmonẽ,de quo alter uno,alter duobus libellis disseruit:Sed cur alius Dæmon Platonis Zenonis uel Diogenis patrociniũ dicit suscepisse?Cur alius obuersatus ẽ Plotino?Nempe ut falleret,Neq;.n.audiendi,qui uarias dęmonũ prædicauere naturas,ut alios urbanis rebus delectari censeant,rusticis alii,necnõ terrestes nõnulli,quidã uero maritimi habeat. Gẽtiũ desipiẽtiũ isthæc sunt somnia,iis plane cognata,quibus alios exercere medicinã,alios curare rẽ nauticã,præesse alios diuinationi,aliis iura placere,alios arma uersare nugabant.Sic Aesculapiũ & Podaliriũ imittere somnia sa

De Hierony.

Dęmonas et exterius et interius nocere.

De Socratis dęmonio et diuersa familiaritate cũ aliis.

30

lubria. Sic Dioscuros marinis tẽpestatibus præesse fabulati. Sic Rhesum Achillem & ante Troiana tempora Theseũ bellicis post amissam uitam functos negotiis. Sed illi clam. hic aperto cãpo. Tulit. n. fama contra Mædos in Marathone simulachrũ Thesei pro Atheniẽsibus decertauisse, quod etiã Plutarchus mandauit memoriæ posteritatis. Putabant enim Dæmonas nihil aliud esse q̃ animos nudatos corpore, proptereaq; mederi Aesculapium, iudicare Minoem & Rhadamantum, Dioscuros arcere tempestates, Amphilochum, Mopsum, Orphea, Trophoniũ, uaticinari. Rhesum & Achillem & Theseum bellica tractare negotia. Iis omnibus author erat dæmon, ut crederent, quo magis illicerentur homines, & uana imbuti spe, sibi tanq̃ heroum manibus facerẽt sacra, A qua superstitione nec Platonẽ nec Aristotelẽ abhorruisse perspectum est. dum maxime publicis rebus iura præscribũt: differentes de ciuium & institutis & artibus: quin & nostris quoq; temporibus gestatos in phialis & annulis dæmonas plane receptũ est: & ex uẽtre & coxa tanq̃ Pythio spiritu data responsa: ut agnoscamus uariis temporibus uarias fallendi uias humani generis hostẽ sub specie familiaritatis excogitasse. AP. Ita prorsus existimo. Sed ludũ adhuc non agnosco. DI. Paulatim in nostram sententiã traheris. AP. Non equidẽ sed rationibus & testimoniis ducor. DI. Eodem te iureiurando adactã scias o Strix. Igneq; hoc præsenti nobisq; uisili mox æterno nostris ab oculis remote plectendam, nisi uera de ludo prodideris. STR. Scio utiq;. DI. Comeditis eo in ludo bibitisq;. Nam de cõcubitu iam transactũ est. STR. Vt mea in casa cum marito & liberis. PH. Pridie tibi in exemplũ proposuerã. Mẽsam solis apud Herodotum & Solinum & Pomponiũ celebrẽ. Pauperes. n. & uulgus præter spem cõcubitus, gulæ plurimum illicit oblectamentis. Quid enim carnes illæ appositæ in ea quæ dicebatur solis mensa? cuius meminit ad Paulinũ Hieronymus, tanq̃ rei celebri fama peruulgatæ: sed quid fuerit nõ explicat: an eas cum ex terra promi Herodotus diceret. Mella uero Pomponius, & C. Solinus cũ scribant præberi diuinitus dęmonum, fuisse illecebras illudẽdo gustui uilis plebeculæ, qs nõ aduertat?

De conuiuio Solis et idiies epulis et achillis mẽsa et nostrę tẽpestatis mõtano conuiuio.

Herod. 3. li. in pn:

Sed

Sed.n.dum ab Herodoto dissentiat Solinus, & ab hoc Mella.nũ uarie proditã superstitionẽ agnoscimus, quãdo quidem ille in suburbano prato a magistratibus apponi nocte carnes: q̃ comedant͏̃ die, memoriæ prodit, a terra tñ præberi illas indigenarum uoce perhiberi. Solinus aũt in loco noxiorum esse mensam illã narrat, opiparis epulis semper refertam: quibus indiscrete uescant͏̃ oẽs, & diuinitus ferant͏̃ augeri. At Pomponius, ubi nam sit in suburbio ne, an in carcere, nec uerbũ q̃dẽ nisi affirmari dicit epulas nasci subitae de diuinitus, & q̃q̃ inter se nõ conueniunt numeris omnibus, hoc tamẽ illis cõmune & incõtrouersum, mirabili modo præberi soli cõuiuiũ: quæ res congruit huic Dianæ conuiuio: sororis ut perhibebãt, Phœbi, qui & sol ñucupat͏̃. Eone putauerimus etiã ptinere, q̃d Mella quoq; Pomponius in orbis terrarũ descriptione rettulit: Locum esse: ubi crebri noctu micent ignes: & ostendant͏̃ ueluti castra late iacẽtia crepent cymbala & tympana: audianturq; tybiæ sonantes, maius humanis. Cõuiuii speciẽ magica etiã Vlyssæa præseferebant, fuso per circuitũ sanguine. Ad quẽ se se dæmones sub diuersis simulacris recipiebãt. Quo more Vlyssis animã ab Homero elicitã uenitor ille, qui cũ Protesilai & aliorũ heroum umbris diuersari dicebatur apud Philostratum, rettulit. Sãguinẽ nũc nostræ striges tempestatis hauriunt: quod a pueris: sed magna ex parte cõficiẽdo prophano illo scelestoq; unguento in uasis adseruant & hæc de cõuiuio q̃q̃ uideri possent satis: tamen addã Achillis mẽsam. AP. Quid hoc erit? PH. Nihil fingo, percunctare maximum Tyrium, quod si feceris, refert, immo suis chartis aliquot sæcula.i.ante mille annos exaratis relatum ostendet, sua tempestate mensam Achillis notã fuisse, ei simillimam cui dicunt se striges accubasse. AP. Fidẽ habeo tuis uerbis. PH. Ni habeas liber est apud me ipsius authoris & Græcus & Donatus latio. In quo scribit͏̃ in Euxini maris insula templum Achillis esse: in qua sæpenumero spectatus, etiã ad conuiuiũ adhibuerit homines illuc profectos: Ibiq; Patroclũ Thetidẽ aliosq; Dæmones atq; ut ille suis uerbis δαιμόνων χορὸν ut mittam q in Ilio uideri Hectora scripserit cõsuesse: et a se Dioscuros cõspectos periclitanti na-

De Achillis mensa.

ui tulisse opem. Nam isthæc non pertinent ad conuiuiū le murum. AP. Non aliena uidentur a Nerei Oceaniq; cō/ uiuio, quorū diuersi poetæ meminere. PH. Vt Christi cō- uiuium super eius mensam in regno ipsius paratum eripe- ret hoibus Dæmon, isthæc excogitauit mortifera cōuiuia.

Nota rē mira bilem.

Sed ego non tibi conuiuium nunc a poetis ullis decantatū referam: sed afferā: quæ mihi narrata ante paucos annos fuere magni uiri, præstantissima dignitate & potestate, am plissimisq; diuitiis p̄diti, locupletissimo testimonio. Duode- cim circiter ab hinc annis, sacerdos quidam rhetiis in alpi- bus, dum salutaris hostiæ uiaticum præbiturus esset ægro- tanti uiro, isq; cum longius abesset, q̄ ut pedes illuc & cito & facile peruenire posset, cōscenso equo: & lignea de collo suspensa pyxide: in qua sacra erat hostia futura uiaticū mo- rituro: capessit iter, quo in itinere fit illi obuiam qui ipsum ad rem mirabilē cōtuēdā inuitet: assentitur imprudēs, atq; ubi descendit equo: se se actutū per aera ferri ipso cum so- cio & cōtuetur, & sentit paruo temporis spatio, Collocant ambo in altissimo quodā montis cacumine, ubi lata quędā pratorū superficies procerissimis arboribus cincta & rupi/ bus clausa minacibus. In medio choreæ & omnifariam lu- di spectabantur, paratæ epulæ cātus, ludicra spectacula: & quicquid ad oblectandos mortaliū aīos fieri cōsueuit in ter ris. Mirat⁹ sacerdos, & p̄ stupore nihil hiscere ausus, rogat ab itineris aerii comite: nū & ip̄e adorare dn̄am uellet: atq; ei de more munus offerre. Erat. n. pulcherrima reginæ cu- iusdam species aureo in throno collocata: ad quā & salutā- dā & cū muneribus adorandā pergebāt omnes bini, qua- terni: ordine uario. Ille dominā memorare audiens, tātoq; splendore & tot ministris instructā oculis cōspicatus, autu/ mauit Mariā esse Virginē Christi matrem cœli terræq; re- ginā. Nēpe qui præstigia nō nosceret nec ut illuc, p geret ullā q̄tum ipse sciret superstitionem admisisset. Itaq; existimās matri munus ullum gratius esse non posse: q̄ unigeniti filii consecratū corpus, ad Thronū accedit adorabūdus, ipsisq; aduolutus genibus, pyxidem: quæ de collo pendebat ma- nib⁹ acceptā collocat ī gremio. Statimq; & thronus & ima- go quæ in ea erat euanuit, Discessit ex oculis multitudo lu-

dentiū

dentiũ:& parata conuiuia nuſq̃ uel minimũ comparuere. Atq; ipſe comes:cuius ductu illa ipſa cõſpexerat,nec inuẽtus eſt uſq̃ nec repertus.Re agnita conuerſis ad deũ precibus orat,ne deſertis in locis deſerat̃.Subinde cũ nullũibi aut hominũ aut feraꝝ ueſtigiũ depræhẽdit,quo ſe animus inclinaret,pergere decernit:atq; ita per confragoſas rupes ſibi iter parat,quo ad reſcire queat:ubi nã gentiũ ſit cõſtitutus.Multo exacto ſpatio cognoſcit ex paſtore quodã ſe ab eo quo iter inſtituerat loco,centũ prope millibus paſſuũ diſtare.Reuerſus domũ Cæſaris Maximiliani conuenit magiſtratũ:eiq; rem pandit ex ordine:quã ipſe tibi narraui geſtã.Fieri illã a Dæmone potuiſſe tibi theologorũ conſenſus aperiat,aſſeuerãtiũ patere ad nutũ ſepãtis a materia ſubſtãtiis corporeã naturam,q̃tũ attinet ad motũ.quo res ipſa exquopiam loco trãſſertur in alium,exempla plurima corporum humanorum uectorũ per aerem tam ex monumẽtis doctorum hominum q̃ ſuorum oculorũ teſtimonio & Henricus & Iacobus Germani Theologi referre poſſunt ſuo in malleo quoꝝ futurus es cõpos,ſi malleo ipſo uti aduerſus repugnantes uolueris. AP. Rem mirã meis auribus hauſi,cui nec nocturnæ tenebræ poſſunt offundere caliginem,nec obiici ſomnia.Nec uis ulla tẽtatæ quæſtionis,cuius pauore,quæ nũq̃ fecerit ſit cõfeſſus.Verum enimuero querẽdũ mihi duntaxat illud eſt reliquũ,hac in re,cur ad ſacrat ę contactum hoſtiæ cuncta penitus euanida ſint,cum non ſolum non uereantur contactum eius dæmones:ſed proici & proculcari,dum ſit ipſe ludus,earum plurimos mandet,procuretq;. DI. Mirũ tibi nõ debet uideri:quãdoquidem & ſi ad ſignum crucis tremefactos nouimus Dæmones,qñq; tñ ſe ſe in effigiẽ Chriſti iſinuãt,ut deludãt,ſi Martini,ſi Frãciſci alioꝝq; cõpluriũ ex noſtris cælitib⁹ geſta legiſſes:nulla te tenuiſſet admiratio.Adde ꝙ ipẽ quoq; Chriſtus dũ i carne mortali uiueret fugator dæmonũ,permiſit ſe a dæmone tentari,et hinc ſuper pinaculo tẽpli,inde ſup montis uertice cõſtitui.Sic ap̃ Matthęũ ἀνήχθη iacet quod ſublatus põt uerti deinde παραλαμβάνει.Verbũ quo ſignificat̃ aſſumere & ἔστησεν qđ eſt conſtituit,qđ ſit actũ plane declarãt. Demum ſe permiſit a Diaboli miniſtris crucifigi.Præterea ſupp onis narratũ a ſtrigibu Dæmonẽ proculcaſſe ſacras

Dubitatio cũ multiplici ſolutione.

hostias, non ita se habet res: hominũ id malitia peragit, quã procurant Dæmones: nõ cõmittunt ipsi. Cæterũ sacerdotis simplicitas q̃q̃ imprudens, & imprimis uis fidei, fuit in causa, ut nõ solũ suam in pernitiem nõ deluderetur: sed & cõmonefacere posset alios: & rem, quæ controuersa uidebatur aperire, idest corpore non imaginatione tantúmodo ludũ, quo de agimus fieri posse. Demũ diuinæ prouidẽtiæ nunq̃ satis laudata potestas, id permittit quãdoq; fieri, qñq; prohibet. Cur diuerse fiat iusta in uniuersum causa potest semper assignari, per partes semper non potest explicari, tam est hebes, ad perscrutãda diuina secreta, humanę acies mentis. AP. Quadrant hæc animo meo plurimum. PH. Si quid restat a Dicasto quærẽdum, ne sinas teri frustra tempus, & habeto solis iam in occasum uergẽtis rationẽ. Verearisq; ne clausis oppidi portis pnoctare hic nos nõ oporteat, ubi nec stratũ, nec quicquid ad arcendã hibernæ noctis iniuriã cõmodũ est, habebimus in hoc cœnobio uix dum extrui cępto. AP. Nil fere uidetur nisi de ueneficiis percũctãdũ. DI. Quid nã? AP. Re ne ipsa patrent, an animo tantummodo uideãtur? Nã cur deus fieri illa quãdoq; permittat: si fiant. Interdũq; prohibeat: uis prouidentiæ diuinæ semper iustę semper nõ cognitæ satis patefecit. PH. An memores & Luciani Samosateni & Lucii Madaurẽsis? AP. Vtiq;. Nam legi quãdoq; & te ea de re disserentem nudiustertius audiui, Sed ficta dubito non facta: quæ in græco illo & latino in asino cõtineantur. PH. Vt multa nõ dubito ficta etiam plurima, etiã, si malis, omnia. Sic non de nihilo ficta cõtẽdo. Nam apud Varronẽ quoq; & Diomedis auiũ & bestiarũ Circes, & Arcadicorũ luporũ trãsformationes narratas nõ usq;quaq; sumpsisse de nihilo occasionem existimauit noster Augustinus. Qui etiam sua tempestate in Italia fieri solere narrauit octauo decimo de ciuitate Dei libro plurima, quæ similia essent iis: quę Apuleius aut indicauit, aut finxit. Id tm̃ asseuerans Dæmones naturæ potestate nihil efficere: quod non permiserit Deus omnipotẽs, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Quare si quicq̃ faciũt Dæmones eiusmodi, cõmutare specie tenus dicuntur, quæ ab uno & uero deo creata sunt, ut ipsa

De ueneficiis

ipsa cõmutatione uideant esse: quod non sunt: refertq; oĩa aut in spiritũ imaginariũ, aut in dæmonẽ aliud pro alio sup ponẽtẽ, Si qdẽ existimat imaginariũ spiritũ hoĩs ueluti cor poratũ in effigie alicuius aĩalis apparere sẽsibus alienis. Ta lemq; ẽt sibi hoĩem uideri, atq; hoc modo existimat asino rũ illorum gesta, & acta præstãtii in caballi specie portãtis onera, & disputationẽ philosophi differentis platonica sine corpore, & lupoꝝ Arcadũ uersipelle negotiũ & Circes car mina socios Vlyssis trãsformãtia ipso spiritui imaginario de bere accepta referri. Ceruã uero ꝓ Iphigenia, & aues ꝓ so ciis Diomedis a Dæmone fuisse suppositas. DI. Rite Phro nimus ex Augustino rettulit & q̃ breuissime, nec minus, ut arbitror, uere. Nã plena Theologorũ consensione rescitum est, sensum hoĩs, imaginariũq; spiritum subesse dæmonicæ potestati suapte natura, quæ inferior est q̃ separata & ab omni corporea mole seiũcta substãtia. Proditũ quoq; histo riis: quibus gesta narrant, eorũ, qui sibi præstituerũt degẽ dã uitã p uastas eremos desertaq; tesqua, ueneficiis effectũ, ut quæ mulier esset, equa uideret, idq; prestigiũ sanctissimi uiri Macharii precibus & oratione sublatũ. Cõmouere po terat interiorem sensum malignus dæmon multis, quibus id propterea uidebat difficultatẽ in interiorẽ sensum imagi ne, q̃ illa ipsa ludificatio contigerat: cõmouere non potuit Machario diuina ope præcipue fulto. Sic eius, uiri, qui uide batur asinus in Salamina Cypri obductũ simulachrũ alio rum præstringebat obtutus, præterq; magæ illius mulieris cuius pharmaco sibi perturbari animũ senserat: & circũda ri speciem bruti: triennioq; portãdis lignis iumẽti uice sub iacuit, Genuensiũ mercatorũ adiutus prudẽtia: qui cũ ani maduertissent eũ ad ædis sacræ postes adorabũdũ proster ni: bestiã nõ esse rati & ipsum liberari maleficio: & uenefi cam pœnas luere curauerũt: Possunt sane multa confingi: multa uideri secus, ac sint, dæmonũ ꝑstigio: sed manẽte & aĩa & corpore eodẽ in hoĩe queũt multa uexari. Cæterum deludi cõtingit oculos spectatorũ, & ꝑturbari mentis aciẽ cõmota imaginaria potestate. Sed & corpus quoq; p uaria: ut diximus, põt ꝑferri loca: quo fit, ut q̃ hæc seorsũ nõ susce perint examinãda: facile decipiant: dũ lr̃arios cõtextus rite

Nota prestigiũ antiquis simillimum.

nõ aĩaduertũt, nec diiudicãt q̃tũ intersit inter id: quod crea tur: & id: qđ e rerũ aliqua natura ꝑmit̃, qđ ex integro fit, qđ ex parte, qđ uerũ sit, qđ simile uero, qđ suã: qđ alienam præseferat imaginem: nec uim uniuersæ naturæ: nec dæmonum potestatem iusta libra perpendunt: nec postremo considerant iudicia dei sæpe occultissima semper uero iustissima. PH. Sed iam Dicaste crepusculum noctis appetit: suadetq; nos redire domum. Nam si hæc tibi Apisti disputatio satis non est, quid futurum sit satis plane non uideo, q̃nquidem depræhẽdere potuisti ludũ hũc & ex antiq tate & ex nostræ tempestatis actis nõ inanẽ fabulã esse: substantia uetustissimũ: cõditionibus plerisq; recẽtiorẽ: Dæmonis arbitrio subinde mutatũ, mutandũq; fortassis, tãta ẽ antiquus osor hominũ ubtilitate fallendi, Ostẽdi tibi circos, unguina, magica uerba, per tractus aeris itinera, dæmonũ cõcubitus, ut ĩ nostris ita in heroicis tpibus inueniri. Maligosq; dæmones a prima antiquitate calũnias in humanũ genus excogitasse, delusisse respõsis, familiaritate decepisse simulachris & imaginibus uariis oĩ ætati & sexui illudere tentauisse. Mẽtitos esse diuinitatem, præbuisse mortalibus noxia cõuiuia eosq; instar alati iumenti gestasse, & cõcubitus eorũ scelestissimos appetiuisse. Sed q̃m aĩo te profectũ uideo peregre, ad diuersas Italiæ, & Siciliæ oras, trans mare Ioniũ, trans Euxinũ, teq; ipse meis uerbis in Africã iam, in Asiam, ad Hiperboreos, & quo nõ duxi: nũq̃ ne tibi mecũ ad domũ dabit̃ reditus? AP. Dabit̃. Satis.n. mihi factũ. DI. Assentiris ne? AP. Assentior. DI. Vere an ioco? AP. Iocũ putas me cẽsere id: in quo oĩs antiquitas omnis posteritas cõuenit, ad quod Poetę, Rhetores, historiarum scriptores, legũ positores, p̄hi, theologi, prudẽtes uiri, milites, rustici, ablatis etiã experimẽtis collineãt, ẽt si qdã refragent̃, qui habent̃ apud se ipsos tm̃mõ sapiẽtes. DI. Itaq; mutasti sentẽtiam. AP. Procul omni dubio, & q̃m alieno sum habitu mentis, alieno post hac appellari noĩe cupio. DI. Vt lubet, & Pisticus diceris imposterũ. AP. Perplacet. PH. Ergo si nihil prorsus tibi reliquũ est, quod discuti cupias: secedamus, & cũ bona quæsitoris uenia reuertamur in oppidum. Finis.

Epilogus.

AD LEONEM .X. PONT. MAX. ET CONCIL. Lateran. Eiusdem Ioannis Francisci Pici Mirandulæ Dñi De Reformandis Moribus

ORATIO.



I quis fortasse cuperet in sacratissimo.N. Christianæ Rei.P.conuentu atq; consessu de ferendis legibus ad frenadã malorum hoium audaciã ut uerba fierent,ipse secũ cogitet prius quo pacto sit opus eos plecti qui,eas,quæ a maioribus nostris rite positę,maximoq; habitæ in pretio sunt,& habuere contemptus,& nũc maxime habeant: nec dubitabit de moribus hominũ qui tam diu collapsi iacent,instaurandis,& ad normã positarũ iam legum redigẽdis orationem ante omnia haberi oportere.Nam tam & si nõ duxerim in cõtrouersiam referri debere ad sacro sanctam istam synodũ de legibus quibusdã ferendis,pręstare tñ existimo, ut a Principibus uiris,ut a Cardinibus ipsis,quibus tota nostræ Christianæ Rei.P.moles uertitq;,regitq; conuenit,sanctissima antiquorum decreta Patrum,& honestissima instituta custodiant.Quod si fiat populi facile Antistites ipsos tanq̃ animatas & uiuas leges sequẽtur,atq; ad normã pietatis,& ueræ disciplinæ reuocabuntur. Noua consulta atq; decreta ne utiq̃ aspernor, sed ueterum custodiã sanctionũ in primis duco necessariã,ad ea, quæ iam prolapsa defluxerunt piis primũ instaurãda moribus,seueris deinde legibus uincienda:adeo ut censoribus,ut uindicibus legũ ipsarum atq; assertoribus magis,q̃ legislatoribus opus esse nõ negẽ. Et q̃q̃ hac de re differendi maius esse onus,q̃ ut ferre facile queã non sum nescius(nã ualentioribus egeret humeris,& uires robustiores exposceret)tamẽ qđ suapte natura pertinet ad oẽs,id a me alienũ esse nõ cogito.& si ad hãc diem in tanta eruditissimorũ hominũ turba uel unũ quẽpiã,conspexissem,qui hoc idẽ exacte sibi adsciuisset,mihi oio cessandũ putassem.Sed quũ de statuẽdis legibꝫ sæpenumero sermonẽ habitũ norim,de legũ custodia uel nullũ uel te-

nuē, ut sunt hoīum uaria iudicia, uariis rerū occasionibus mota. Nō ab re mihi uisum ē fore si quæpiā afferrē, ut facilius ad memoriā reuocarent̄ sanctissima priorū instituta, q̄bus obseruatis nostra Christiana Res.P. & aucta ē semper, & cōseruata, Posthabitis uero atq; cōtemptis innumerabiles iacturas fecit, et nisi esset seruata diuinitus, eo miseriæ, & calamitatis prolapsa fuisset, ut frustra nūc Pater Sanctissime Leo Decime, & uos ecclesiæ Cardines, & Antistites cōuētū haberetis, ut in meliorē statū redigi quiret. Optabam certe ut ex doctissimoꝝ hoīum numero aliq̄s hāc sibi prouinciā desumpsisset: ut maiorē, & auctoritatē & potestatem in audiētiū aīs habitura esset orō, sed nuda fortasse ueritas, puraq; simplicitas uirib⁹ nō carebit. De luxu, de libidine, de auaritia uitāda, positas esse leges ab antiquis patribus: nemo est qui nesciat, De Pietate, de Iustitia, cæterisq; uirtutibus traditas esse normas, uel ineruditi nouere: eas partim negligi, partim iacere plus etiā q̄ uolumus experimur. Multi nostræ Principes Rei. P. priscā simplicitatē, in Astutiam, Castitatē, in Nequitiā, Liberalitatē & Parsimoniā, in Luxū & Auaritiā conuertere. Apud plerosq; religionis nostræ primores, ad quoꝝ exemplū cōponi atq; formari plebs ignara debuisset, aut nullus, aut certe exiguus Dei cultus, nulla bene uiuendi ratio atq; institutio, nullus pudor, nulla modestia, iustitia uel in odiū, uel in gratiā declinauit: Pietas in superstitionē pene procubuit, palamq; oībus in hominum ordinibus peccatur, Sic, ut sępenumero uirtus ꝑbis uitiis uitio uertat̄, uitia loco uirtutum honorari soleant ab his, qui suorū criminū quasi septa, & tanq̄ mœnia, & inauditā petulantiā, & diuturnā impunitatē esse putauerūt. Hi tibi morbi, hæc tibi uulnera sanāda sunt Maxime Pontifex, alioqui si mederi (: qm̄ id ad te multis de causis potissimū spectat) recusaueris, uereor ne nō fomentis: sed igne ferroq; is cuius geris uices in terris, mēbra ipsa affecta dissecet, atq; disperdat, signaq; iam dedisse illum eius futuræ medicinæ plane crediderim. An puellæ Deo dicatæ in Brixiana direptione a religiosissimis abstractæ templis cesserunt militibus loco prædæ, An in Rauennati excidio sacerdotes trucidati? An in Pratensi

Attēde uerissimum.

Vide nephandissimā rem.

in Pratēsi clade sanctimoniali olim celebratę uirgines prostitutæ? Quid aliud Pater Sāctissime? Quid nam aliud nobis intelligi dedere? q̄ sacras ædes, & templa lenonibus & Catamytis antea cōmissa, q̄ nefariis lupis optimi pastoris ouilia demādata, q̄ uirginibus olim dicata plerisq; in urbibus septa in meretricios fornices & obscena latibula fuisse conuersa? Sed initia illa malorū, & p̄gustationes uereor ꝓpinādæ nobis a perfidis nostræ Religionis desertoribus potionis amarę, & luctuosæ, ni bonis eā moribus auertamus, in p̄cib⁹ & supplicationibus, nō ex sūmis labris, sed itimis ex animi penetralibus iratū placemus Deū, Cuius ad hęc monita, & tanq̄ cœlestia tonitrua nō aures mō arrigere uisi sumus ut resipiscamus, sed deprimere uisi, tanq̄ æthiopes ad prolabētis Nili strepitū obsurdescere, praua ɔsuetudine affecti sic, ut audiamus suadētib⁹ uitiis, obaudiamus monēti Deo optimo maximo, sapiētissimo, qui se cōtēni amplius a nr̄o sæculo nolle satis, arbitror idicauit: signis atq; portētis nō parū multis, pestilētia, fame, cruētissimis pauloante prę liis. Quid.n.aliud? aut si qd aliud, Cur hoc tn̄ nr̄is insinuatū mētibus plane nō rear: per tot cæsorū hoīum millia, quorū cadaueribus, & cōtecti sunt campi, & remorati fluuioꝝ cursus eorūq; cruore superū mare & inferū quasi quadā purpura infectū nisi ut memoriā subeat: inumera i nos collata beneficia nobis non debere esse ludibrio, scilicet Christus ille seruator humani generis tm̄ sanguinis effuderit: ut q eo sanguine nō rediuiui solū facti: sed ditati etiam sunt: delicienť in plumis? Quid plumarū feci mētionē: & scortoꝝ pręterii cateruas & greges exoletoꝝ? & coempta: & diuēdita sacerdotia? Spare potuerā Pater Sāctissime postq̄ ad supmū sacerdotii culmē euectus es, nō malis artibus, nō pudēdis: ut pleriq; olim: pactionibus & mercimoniis: q p summū dedecus, sūmū decus appetiuere: sed tua (Ita mihi: ita non parū multis uisū) gratissima humanitate: fore aliqn̄ uti meliorū instatū reformareť christiana resp. Sed nec oio desparim: si adniti uolueris: & tuæ isti humanitati: lenitati: facilitati: aliquid supcilii aliqd rigoris: Nonnihil pœnarum admiscere danda est opera Maxime Pontifex neqd detrimēti nostra res p. patiať: Bellū.n.tibi cū multis, bellū inq̄ intestinū: piculosum: graue: quod auertēdū est seueritate disciplinæ: luxū

Attēde calamitates nostri tēporis.

cohibe cuiuſcunq; ordinis, modũ pone ambitioni, cõpeſce indomitos & effrenatos libidinis obſcœnæ furores, ſuſpectis ſacerdotũ: (qđ & legibus eccleſiæ cautũ eſt): cõtuberniis frena cõſtitue, auiditati, & ſceleratæ habẽdi cupiditati terminũ præfige. Nõ cõcredita & cõmẽdata fidei ſacerdotũ ſed comeſta uerius ab illis & deuorata pioꝝ uiroꝝ patrimonia uindica, & effice ut in bonos diſptiant̃ uſus, ne amplius ab impuris heluonibus, ab oium ſcelerũ gurgitibus abſorbeant̃. Qui auctionibus ſacrorũ pudẽdiſq; licitationibus inuigilauerint: dent pœnas temerariæ mercaturæ: qui nõ proſpexerint cõmiſſo gregi: qui uanitati ſtuduerint inumeræ. Superſtitionibus, comeſſationibus, pudẽdis exercitiis, & familiaritatibꝰ oblectati, uel corrigant̃ oio uel amoueant̃ a ſacris. Qñ quidẽ oia fœdãt exemplo, & prauę cõſuetudine uitę, eos qui benę morati, & egregie inſtituti ſũt plane corrumpunt, ut hinc nõ plebis modo: ſed ois ordinis

Io. Chryſo. Hieronymꝰ.

fiat lapſus in crimina. Nec ſane mirũ qñ malũ omne prodire de templo Ioãnes Chryſoſtomus cẽſet, & Hieronymus ſcribit ſe inueniſſe neminẽ qui ſeduxerit populos præter q̃ ſacerdotes. Quos quidẽ ſi uel probe inſtitueris uolẽtes, uel nolẽtes coercueris, uniuerſo chriſtiano orbi ad bene de oi reformatione ſperãdũ quaſi ſignũ aliquod ſuſtuliſſe uidebere. Potes Summe Pontifex, nec in terris alius põt, & quũ poſſis debes. Et cum debes niſi uolueris, & curaueris ut fiat, quid ſit periculi exprobatiſſimis eiſdemq; diuinis exemplis animaduerte. Succurrat quæſo tibi uetuſtus ille ſacerdos, in quem filiorum non uindicata ſcelera magna ex parte reciderũt. Et.n. qui præſunt aliis nõ modo eſt opus ut ſint innocentes ipſi, ſed ut reſiſtãt nocentibus, eorũq; mala facinora compeſcãt. Et tũ quidẽ ex lebete carnes tridẽti

Primi Regũ 2. Capite.

fuſcinula ſubtrahebant̃ ab illis, qđ peccatũ ſacra regũ teſtatur hiſtoria nimis grãde fuiſſe, qñ homines a Dei ſacrificio retraheret. Nũc aũt malorũ cateruis exẽplorum plebs ignara, & a diuino cultu, & ab omni pietate deterret̃. Illi cũ mulieribus ea tẽpeſtate dormiebãt ad hoſtiũ tabernaculi, noſtra uero & in ſacras ædes ſit irruptio & ab illis ẽt (proh pudor) fœminæ abigunt̃ ad eoꝝ libidines explẽdas, & meritorii pueri a parẽtibus cõmodant̃ & cõdonant̃ his qui ab

oi

oi corporis ẽt cõcessa uoluptate se se immaculatos custodi/
re deberent, hi postea ad sacerdotiorũ gradus promouent
ætatis flore trãsacto, iã exoleti. Nõ igit mirem ur si deierãt:
& falso utrũq; se nosce sacrarũ litterarũ instrumẽtũ profiteã
tur, qñ nec quid eius nomẽ significet pernouere. Ac memi-
ni puerũ quẽdã: in episcopi locũ ascitũ, qui qñ litteras pe-
nitus ignorabat p iocũ dũ rogaret an magnos fecisset pro/
gressus in disciplinis respõdisse ingenue, nondũ se didicisse
exordiũ eius orationis, quã de more sacerdotes præfari so/
lẽt diuina facturi. Noui & q annuas sacerdotii pecunias cõ-
mendatas eorũ fidei, spurcissimis uoluptatibus & impẽdãt
& impẽdisse glorient. Hæc tu mõstra Leo Decime tolera-
bis? hęc & uidebis & patieris? Patieris inq̃ ut ignari littera-
rũ, ut ad omnia magis apti q̃ ad tractãda sacra per ignomi
niã & cõtumeliã abutant diuinis, & opes ad tẽpla uel tuẽ-
da, uel instaurãda paratas, ad subleuandã paupe℞ miseriã,
a piis hominibus, q iã uita sunt functi destinatas, in alienos
& pphanos usus cõuertãt? Scribit Hieronymus eos, q re- Hieronym⁹.
bus ecclesiæ abutunt similes scribarũ esse & pharisæo℞ &
sacerdotũ Christi seruatoris sanguinẽ mẽdacio redimẽtiũ.
Equidẽ nec Dionysii mysticã theologiã, et diuino℞ dogma
ta nominũ, neq; subtilitates hypostaseon, notionũ originũ
& cæterarũ disceptationũ, quæ in Lutetia Parisiorũ exagi-
tatæ ad nos manarũt, ab omnibus exqro sacerdotibus, Si
se tñ dederit sacris literis, & pcellẽtiũ nostræ religionis An-
tistitũ doctrinis nauarẽt opã, multa sane cõmoda ad bene
beateq; uiuẽdũ cõseq possent, Nõ eo solũ q multa discerẽt
& p se magna, & ipsis utilia, sed qñ eiusmodi studiis pstã-
ret illis, uti facilius illecebris sensuũ nũciũ remitterẽt, cũ ho
nestissimo i officio occupati, tũ ab ipsis studiis admoniti, ad
meliorẽ uitã nos esse natos, & hãc quã uiuimus plenã esse
ignorationis tenebris, si sensũ, si humana solũ placita sectari
uolumus, plenã ærumna℞, plenã calamitatũ, si humanis fi
dere uotis uelimus: cuius ẽt uitæ incõmodis & tanq̃ stimu
lis inuitamur: ut ad eã quæ futura est libentius properemus
Quis q̃so mẽte paulo uegetiore nõ aduertat, prima hac in
uita magis ad dolorẽ hoies, q̃ ad uoluptatẽ natos? Tãto.n.
spatio nũq̃: aut bibere, aut comedere, aut uacare proli q̃sq̃

potuit, q̃to aut sitiunt febriẽtes: aut mẽdici & obsessi esuriũt: aut rei criminũ torquent. id ẽt emolumẽti nãcisci facile possent, ut frenarent ambitionẽ malorũ omniũ matrẽ atq; nutricẽ: qñquidẽ omnia quæ magna corporeis et humana tãtũ intuẽtibus oculis apparẽt, exigua uident spiritalib' oculis & æterna cõtẽplãtibus: idq; ipsũ iure optimo, quãdoq dẽ terræ moles collata cœlo: instar est pũcti, raris habitata locis, sterili arena, noxiis serpentibus, sitiq; deserta, uastis inuia paludibus, altissimis intersecta mõtibus, pfundissimis interpollata fluctib' in hac exigua naturæ portione tumultuatur humanũ genus, breuis & incertæ uitæ: etiã si diuturna, si longissima, si stabili nixa fundamẽto uideatur. Quid enim diuturnũ mortalibus? Si æternitati futuræ: & imortalis uitę id ipsum cõferat, quid certũ & stabile in homine? in quo nutãt omnia, in quo ut externas taceã & circũiacentes molestiarũ moles, ipse cõflictus pugnãtiũ inter se qualitatũ corporei tẽperamenti: bellũ intestinũ illi ipsi ciet identidẽ: & confecto bello minat excidiũ. Adde tenebras qbus humana mẽs sibi relicta circũfunditur: unde & uariatum opinionũ prœlia cooriuntur, & uotorũ sibi succedẽtiũ: subindeq; fluctuãtium æstus plane cõtinui. Adde impetus hostiles, dolos, fraudes, iniurias. Adde & superiorũ mẽtiũ & insultus & actus: ut uerissimũ sit illud elogiũ, uita hominis militia sup terrã, militia dubio procul, sed qua & uictoriam, & coronã, & regnũ, nobis in cœlo comparare possimus, eiusmodi: ut nec animo capere, nec concupiscere uotis plane queamus, quãdo & animi & corporis felicitas quæ illic reposita dei amicis: eiusq; legis custodibus post huius uitę cursum asseruat, omnino superet captũ humanæ mentis, nec nisi deo docente hominibus patefiat: nihilq; omnino sint, si ei cõferant felicitati: q̃ uanæ uetustatis illustratores poetæ: atq; Philosophi cõmenti sunt. De fortunatis insulis: de fluminibus nectaris: de uia lactea, de reditu ad cõpares stellas: & cæteris quæ ad ueritatem allucinãtes suis lucubrationibus inseruere, hæc illi & similia de sacro litterarum ocio nãcisci facile possent: sed ea ab omnibus ut indicatum uolui non extorqueo sacerdotibus: at ne literas omnino ignorent, ne salis euanidi, ne lucis extinctæ notã gerant & noscant

Exigua uidentur spiritualibus oculis humana.

Certe hois uita militia sup terram.

scant quæ ad eorũ pertinẽt officiũ. Hoc exposco: hoc exigo: & ni præstent plane detestor: In primis autem & uitæ innocentiam: & morum disciplinã, nõ exactissimã illã quidẽ & præcellẽtissimã: sed mediocrẽ. Non peto ut instar Hieronymi saxo pectus idem idem uerberent, sed nec ut meretricũ pectora baccatis monilibus: nec crepidas hydaspeis gẽmis exornẽt neq; ẽt postulauerim, ut Hilarionis inediæ assuescant, sed ne sybaritarum coenas aut æmulentur: aut superent. Minus ẽt efflagitauerim ut in spinis & niue uolutentur more Francisci: & Benedicti. Sed quũ mollẽ cycnorum plumã ingenti pecunia mercant̃, aut redimẽdis captiuis, aut uirginibus nuptui tradendis iure optimo dedicata Id plane damnauerim. Mediocritatẽ suadeo, præcellentiã illam uirtutum quam demirari facilius, q̃ imitari plurimi possũt: si sequi etiã maluerint, & laudabo, et prædicabo, sed neq; ita rẽ ad uiuũ reseco: ut quum eos & largos: et faciles esse ad tribuendum moneo, ita moneam, ut uelim eos omnino imitari egregium illud Martini, & celebratissimũ facinus scindendæ uestis, uti mendicus & frigore tremebundus pauper amiciretur: uerum eos quibus abundant acerui pecuniarum monitos uelim Martini exemplo, nudis uestes tribuendas, potius, q̃ coccineis atq; purpureis pãnis cooperienda iumenta. Neq; item exigo in sacrarũ sumptibus, ędium censum ut omnem dispertiant, æmulent̃q; aut sibyllina cumis olim extructa delubra, aut Simandii & Artemisiæ præruptas murorum moles & minas, aut Solomonia templa: aut etiam nostræ tempestatis Iulia ædificia: sed libenter postulauerim, ne sinant corruere, quæ ab illis structa sunt templa, a quibus ipsi opes tantas nacti sunt, ut multo auro dicantur Salmacidas noctes coemere. Postulauerim ne sacella a priscis olim frequentata patribus, permittãt hystricum latibula constitui, foedeq; adeo haberi & negligenter, ut sit sæpenumero uidere ferarũ lustra, equorumq; præsepia, & mundius & honestius asseruari, quum nihilominus ipsorum cubicula interim auro splendeant, & substrata etiam purpura longe preciosissima sint, mensarũ uero & coquinarum instrumenta opere cælato refulgeãt.

Vtinam fierẽt quę narrantur

Bene sancteq; admonet.

Iulia ędificia.

His incõmodis cũ aliarũ beneficio sanctionũ: tũ illius maxime custodia legis cõsuletes Maxime Põtifex, qua sanctissime cauetur ne multa ab uno sacerdotia, quibus annexa sit animarum cura possideantur, dispẽsatio, ita solet appellari effecit, ut iam non multa, nõ plura, sed innumera teneant multi, qui ne diaconi quidem mererentur officio desungi, at eiusmodi rem dissipationẽ, nõ ego, sed Bernardus tot antea sęculis appellauit, Oppone te huic petulãtiæ Pater! Beatissime et unũ hoc inter alia negotiũ, & munus Egregie suscipe, ut qui luxu diffluũt, qui ambitione deferuent: qui uel coemptis uel eiusmodi dissepationibus paratis sacerdotiis lasciuiunt: qui leges denique rite positas nõ obseruãt, sentiãt tuæ uim iustitiæ, atque intrepidæ uirtutis, ut si aliqua culpa teneant erroris humani, ab eiusmodi tamen scelerũ immanitate liberent: liceat bonis & modestis uiuere, q̃bus nec ociosis in cõmuni ocio iã licet esse. Illis ipsis omnia arripientibus, & seruitutẽ indicẽtibus maximã his qui eorũ indigẽt opera ad famem tolerandã, hoc si non egeris antistitũ summe, si malis hominibus frena laxaueris: si iam diu multũque laxata non cohibueris, uereat ne te Pontifice decidat eo nostra Res. P. ut dici nõ falso possit: a libidine pudorem, ab audacia timorẽ, ab amentia rationem penitus esse deuictã, et in te bellũ a nostræ religionis hostibus ante audias geri q̃ parari, Si egeris, & utilitatem omnibus, & tibi etiam gloriam non hanc solum momentaneã & caducã, quæ parui temporis angustiis coercetur, sed & stabilem, & perpetuã, non in terris modo, sed in cœlesti sede cõparabis: nec modo timendũ tibi ab exteris erit, sed intrepide sperãdũ, uẽturos nostræ religionis hostes, ad nr̃æ fidei disciplinã, bonis exẽplis facilius q̃ ui & armis inuitatos. Redactum olim ad nostræ pietatis instituta terrarum orbẽ per Apostolos efficacius: sanctissimis eorũ uitæ moribus, q̃ nõ mõ Constãtini Cæsaris legibus, præliis: atque triũphis, sed ẽt pactis ipso Apostolorũ ministerio supra uim naturæ miraculis, p̃clarissimi nostræ fidei assertores iudicauere. Et quis rogo nobis assentiretur bonos mores suadẽtibus, si praui ipsi abuteremur? Quis religioni quã colimus initiari p nos cuperet: quos uidere

Bernardus.

Constantinus Imperator.

deret quod ore asserimus factis pernegare? Præstat itaq; in reducendis hostibus, & desertoribus ad nostræ fidei pieta- tē, ut collapsos mores ad normā priscæ uirtutis istauremus q̄ quod multi ambiūt, ut classe petamus euxinū: et exposito in continentē milite, concussaq; maximis confectis præliis colchica trapezūte, cruentata uexilla inferamus Armeniæ. Eia igit Pater Sāctissime & naturę lege non scripta: sed na- ta, & reuelata diuinitus disciplina: et maioꝝ tuoꝝ sanctioni bus atq; decretis: & utilitate simul & gloria excitatus, idue sanctissimū in desertores & impios saluberrimūq; furorē, quo discant pœnarū agere formidine: quod uirtutis amore deberent, Moses ille legis lator q̄q̄ mitissimus terrificata- men percitus est ira, quū posthaberi Deū agnouit, & seue- rā in desertores pœnā exercuit. Deus & homo Christus Ie- sus oium uirtutū exēplar: irrogatas in se cōtumelias patien- tissime tulit, non tulit paterni honoris notā quum sacrilegos uenditores emptoresq; & tēplo expulit, & flagello discussit, et ille quidem uituli unius aurei cultores maxima est cæde persecutus, & hic columbas uenales & turtures e templo uoluit eiectas: tu uero earū cultores uitularū quæ maximo numero in urbe non stabulant modo, sed pene dominant: & auro, purpura Margaritis more regio incedunt ornatæ, ut ad eaꝝ aspectū, ne dū cōgressum plurimi & obbrutescāt & pereant: exilio saltem & honorū omnium mulcta non cōpesces? tu sacras ædes sceleribus omnifariā prophanari & in eis tot monstra circa grunnire permiseris? Tot sirenes & uerius: tot sirenum milia patieris, nauiculæ tibi diuini- tus commissæ q̄tū in ipsis est procurare naufragiū. Tu dei optimi maximi tēplorū tu Christi sanguinis mercatū susti- nueris? cui⁹ supremū sacerdotiū nullus mercimoniis es ɔse cutus: si clemens uideris Pontifex id pietati facile adscribet si nimis placidus, naturæ tuæ, consuetudini, corporis tēpa- mēto si posthaberi deum eiusq; legē patieris, & immania scelera passim & nulla prorsus uerecūdia peragi: nullus erit tam iniustus rerum æstimator qui uereatur id tribuere uel malitiæ uel negligentiæ: quapropter si attendere diligen- ter & æstimare hac omni de re de qua disseruimus uolueris

Moses legisla- tor mitissimus

Conclusio cũ adhortatione.

Pater Sanctissime: sic: ni fallor: plane cõstitues, ut leges iam rite positæ pœnæ saltem formidine custodiantur, dabisq́ operam exemplo nõ solũ & innocentia uitæ, sed animauersionis in alios, ne qcquid collibitũ fuerit impune fecisse audeant improbi: Atq́ ita & tibi simul & omnibus cõsules, & collabentẽ iam ac prope intermoriturã Christianã rem. P. ab interitu uẽdicabis, Hoc omnis ordo: hoc cõsensio bonorũ omniũ exposcit & obsecrat, Quæ ubi ꝑ te acta fuerint, ubi pessimæ uitæ monstra uel edomueris uel extinxeris ne postea repullulent: adhibẽda erit legum cautio & seuerior aliquanto disciplina, non in uestibus modo & sumptibus, sed in studiis, sacrę litteræ utriusq́ instrumenti recognoscendæ & cum antiquis & castigatis primę originis exemplaribus conferendæ, ut ab erratis quæ uitio temporum, & librariorũ incuria, in illas irrepserunt omnino purgent̃, Solemnes cerimoniæ, de quibus fuere olim quępiã difficultates, prioribus oblatæ conciliis statuẽdæ firmandæq́ sunt quotidianæ p̃ces redigẽdæ ĩ statũ & ꝓbatũ ordinẽ, & uere historiæ ab apochryphis nugis segregandæ, præscribenda principibus uiris officia, ut scelerata illa & nostræ Rei p. deletrix opinio licere quæ placeant: & a uulgi animis omnino amoueatur, & penitus exulet: sit inter ipsos princepes pax & discordiarum finis, ut a diuturnis dissensionibus aliquando quiescamus: daturi operam eis officiis, quæ mortales euehunt ad immortalem uitam & excedentem animantium omnium uota felicitatem.

FINIS.

EIVSDEM IO. FRANC. PICI MIRANDVLAE Dñi &c. pro asserēdis a calumnia Dionysii Areopagitæ libris ad Reuerēdiss. Epm Theatinū Epistola.

DVm ex Britānia & hispaniis nup rediisses, & ad nos digressus, de cōmunibus studiis mecū loquereris, non probari abs te eorū sententiā aperuisti, qui scripserunt Dionysii lucubrationes, quæ inscribunt de hierarchiis & diuinis nominibus, non eius esse Dionysii: qui Areopagites primum, deinde Apostoli Pauli discipulus fuerit. qua quidem in controuersia, cū me tm̄ abesse comprehenderes, ut ipsis adstipularer: ut etiā i diuerso albo repositum spectares, & plane per cupidum reiiciendi, quæ Areopagitæ libris fuerant obiecta, me hortari cæpisti. ut qđ aio conceperā, litteris exprimerem. qđ quidē & recepi me factuꝝ & tam libenter, ut nesciā tibi an mihi magis hac in re gratum facturus uidear: quādoquidē: & par utriusq; desideriū, & cā non impar. Tecum.n. mihi plane conuenerat, minus æquo ferendū animo, uti uiro & in literis & ī nostra religione tam grandi, ut secūdū apostolos grādiorem habeamus neminē, sub ueritatis protextu calumnia irrogaretur. Nec in rem quoq; theologicā factū uideri, ut quem tot sæculis: & Apostoli discipulum, & Christi martyrē: uenerati fuissemus: eundēq; coluissemus posteriorū principē theologoꝝ: nunc friuolis quibusdam suspitionibus, tanq̄ partiremur, & Dionysios constitueremus duos aut tres, uel potius libros eos, falso circūlatos titulo causaremur, ut qui Apollinario aut forte cuipiam nescio cui ex ueteribus, accepti referri debeant. Accipe igitur quæ ut eundē Dionysiū existimem Areopagitem & scriptorē & martyrē, ut existimādū ab aliis putem: me compulere. Primum illud satis cōstare quis non affirmauerit? a prima antiquitate, tam celebrem fuisse Dionysii Areopagitæ famam, ut in cōtrouersiam nullo pacto uenerit, eius scriptis fidem haberi debere q̄ maximā? Cōstat illud certe Timotheū Epm ad quē scribit, Pauli Apostoli fuisse discipulū: ex quo & tempus & authoritatē editi operis utrinq; facile queas colligere: & huc addere,

Polycarpus Martyr et Dionisius Corinthius.

& Polycarpi martyris, & Dionysii Corinthii de Areopagitæ ipso præconia clarissima. Deinde illud reuocari nequit indubiũ, Sanctissimos Pontifices Gregoriũ, Martinũ, Agathonẽ, de scriptis Areopagitæ Dionysii in concionibus suis in cõciliis, in epistolis honorificã mentionẽ fecisse. In septima quoq; & octaua synodo, a Græcis Latinisq; scriptoribus ex eisdẽ uoluminibus citata testimonia. Atq; ut a Caroli cognomento Magni temporibus ne repetã: qui Dionysii Areopagitæ opera in latinũ sermonem Io. Monachi labore uertẽda curauit. Certe si maximo monacho, si Io. Scythopolita, si Anastasio Bibliothecario testibus, usus fueris, & addideris clarissimorũ uirorũ & testimonia & interpretamẽta longe lateq; in ipsius Areopagitæ uolumina & elaborata & celebrata: interpretamẽta inquã Vgonis, Magni Alberti, Thomæ, aliorum, aut nostræ Ecclesiæ decreto cœlitũ, aut orbis consensu in literis præcellentiũ: Mox tantæ & tam claræ testiũ nubi duos uel tres ad summũ opposueris, qui diuersa senserũt, uiros in literis alioqui bene audientes, uicimus, profecto uicimus, & numero, & authoritate, & gratia. Si uero eorum rationes authoritate ablegata putaueris examinandas, a nobis pariter stabit uictoria, q̃q̃ hac in causa rationi præstare authoritatem censeo.

Plurimum ex historia pẽdet, quis habẽdus sit author libri

Pendet enim plurimum ex historia, quisnam cuiuspiam libri sit habẽdus author: sed si rationes sub examen uenerit, aut ad titulũ certe, aut ad stilũ, aut ad materiã illę ipsæ pertinebũt. Si ad titulũ nulla iam extiterit cõtrouersia. Ipsa.n. prouocat ad antiquam historiam, non duplicis famæ, sed simplicis. Certum autem & omni dubio procul receptum est: græcos codices & latinos omnes, de quibus ambigunt, ipso nomine Dionysii Areopagitæ signari, eosq; qui uel Scholia uel Prolegomena scripsere græce in Hierarchias in diuina nomina in theologiam mysticam, Areopagitam Dionysium authorem ipsorum operum plane testari. Si uero stilum inspectaueris non sane is certus fuerit iudex: potest enim & in diuersis temporibus studio & diligentia scriptorum elocutio esse simillima & in non diuersis, multas ob causas plane diuersa, eiusdem etiam

hominis

hominis pro uarietate materiæ quã tractes, uel animi affe-
ctuum, uel corporis, quibus ducaris, abunde uaria. Si uero
materia uenerit in iudiciũ, quis nam quæso? quis inq̃ Dio
nysio paratior ad scribenda cœlestia? qui Pauli discipulus
fuerit, cui & tertium patuit cœlum. Sed uide quonam pro-
fectus sum, refellendæ eorum qui contra sentirẽt rationes
erant, rationes ego attuli quibus Dionysius eorum qui in
controuersiam uenere librorum author comprobaretur.
Verum non ab re fortasse factum hoc a nobis existimaue-
tis, quãdoquidẽ unus aduersariorum se se recipit ad stilum
cui tametsi non derogauerim, ut magnum indiscernen-
dis authoribus momentũ habeat, nihilo tamen minus affir
mauerim, tam incertum esse momentum ipsum ut ad ly-
dium lapidem si prouocauerimus, discerniculum nobis
plane non præbeatur. Fidem faciet Marcus Varro: qui q̃q̃ Marcus Varro
magnus author linguæ latinæ censetur: tamen Plauti linguę latinę
Comœdias non potuit exacte secernere & interstinguere author.
prorsus a plautinis, ad solam. s. stili similitudinem plerunq;
allucinatus: At si nota quæpiam stilo plautino peculiaris,
suo ipsius insedisset animo, nil caliginis, nil tenebrarum
stilus offudisset. In Hyppocratis quoq; & in Galeni libris,
ob stili similitudinem, non paruum extitit olim in Græcia
certamen, qđ neutiq̃ ualuit dirimere, phraseos ulla censu-
ra, stiliq; proprietas. De Aristotelis & discipulorum incertis
libris: quos elocutionis ulla nota, ulloue charactere discer-
nere nequiuerit antiquitas, multa non attinet dicere: cum
in quarto nostri examinis libro hac ipsa de re late disserue-
rimus: Enimuero quoniã ut ipse titulus ad historiam: ita sti
li phrasisq; uis, ad grammaticum qui Criticus dicebatur,
potest relegari: cuius partes & summouere libros familia
& in eam admittere, authores q; & in ordinem redigere
& eximere numero:: dicturus erit fortasse quispiã: materiã
ipsam cœlestem & superhumanã: hac in re maximi loco
iudicii haberi debere. si hoc dicturus erit: bñ ẽ bñ ꝑfecto
conuenit. Age igitur iam de materia ipsa cœlesti quæstio-
nem habeamus. Quis rogo? quis diuina probe tractauerit

40

Attende ratio nes, quibus in nitit: q̄ Dionyſii libri fuerint et cęt.

expers diuinorum? quis inter homines haberi debet diuinorum ſcius magis Paulo, cœleſtia & diuina grādi ſtupendiq; miraculo proſpiciētie, quis Pauli ſecretorum particeps magis iure merito q̄ cenſendus erit Dionyſio, ipſius Pauli diſcipulo doctiſſimo atq; ſanctiſſimo? qua nā ætate peruia homini & pſpecta cœleſtia eſſe debuerūt magis, q̄ ea, qua Chriſtus Deus & homo ab hominibus uiſus & inter eos cōuerſatus, eoſdem edocuit, propria lingua propriiſq; ſermonibus? Iam ſi nullo titulo libri ipſi, de quorū ambigunt authore, notarentur: inſcribi iure & deberēt & poſſent alicuius, qui Chriſtū Deū & hominē in carne uidiſſet, aut qui cū eis qbus eſſet uiſus diu eſſet familiariterq; uerſatus. Nūc titulo habemus īſignes, nūc eius ipſius uiri nomenclatura ſignatos. Cuius mētio in ſacris apoſtolicorū actuum libris ſine cōtrouerſia celebris eſt habita, & ambigemus adhuc diſquiremuſq; prorſus inaniter, in quem nā authorē ſint referendi? eo q̄ ſane maiore piaculo, quo ipſe met author, libros ipſos dicat cōdiſcipulo Timotheo, an quē & Paulus ſcribit Apl's. quo ipſius Pauli & præceptoris meminit, quo inter tractādū diuina noia, & Petrū ſe & Iacobū Aplos nominatim uidiſſe teſtat', etiā ſimul hymnos ceciniſſe, cū ſimul cōueniſſent ut idē ipſe ſuis uerbis loquit' ἐπὶ θέαν τοῦ ζοαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματοσ quo Ioanni etiā apoſtolo, mittit epiſtolā, & diuinorum probe ſcius æuiq; præſcius uenturi pręcicit illum ipſum ex patmi cuſtodia liberandū, & in aſiatida terram reuerſurū. quo Tito cōdiſcipulo & ſapientiæ domū, & craterē, & cibos, & poculū, myſticis uelaminibus implicita plane reuellat & explicat. Qua igitur iniuria & ſupra modū audacia, ne aliquid acrius dixerim,

Attende.

Laurentius ille deridere potuit epiſtolā ipſius authoris ad Polycarpum? de ſolari præter naturam eclipſi, dum Chriſtus cruci eſſet affixus, quaſi fictā ſub Dionyſii nomine? an Polycarpus eodē nō uixit tempore? an ſtilus diſſonat? quē tamē exacti iudicis nomine donari nō poſſe probauimus? An teſtes nō adſunt qui eadem uixere tempeſtate citati? An propria ipſius Apollinaris Sophiſtæ, quē maxime redargutum iri uiſo miraculo deſiderat, Dionyſiū ipſe uerba

non

non ponit ad se factaὶ ὢ καλὲ διονύσιε θείων ἀμοιβαὶ πραγμάτων. An eadem non repetuntur ab aliis? Non adiiciuntur etiã, quæ ipse Dionysius responderit, sub silétio tamen a se, ne in propriã forte uerterenẽ laudẽ prætermissa: aliorum uero monumentis hunc in modum expressa. ἢ θεὸν θεὸν πάσχει ἢ τῷ πάσχοντι συμπάσχει. & illud ἄγνωστος πάσχει θεὸς δι᾽ ὃν τὸ πᾶν νεφέλω ται καὶ σεσάλευται. Quid nã quæso existimemus dicturũ fuisse Nicolaũ eius nominis qntũ Põtificẽ si hæc nouisset? dictũ

Nicolaus quintus Pontifex.

inq Nicolaũ, succensentẽ Theodoro Gazæ, eiusdẽ sæculi uiro pronunciãti, cœlestis hierarchiæ, nõ esse Dionysiũ Areopagitam authorẽ, & ipso de stilo tm̃modo cõiecturã facienti? Si ægre tulit Nicolaus Gazam (ut ipse per epistolã conquerit) de Dionysii stilo decernentẽ, an putamus ullo unq̃ modo fuisse laturũ eum, qui totam elocutionẽ Dionysii cũ omni dispositione & inuentione funditus omnino q̃ sustulisset? & tanq̃ fictitium quoddam inane cõmentum exsibilasset? cõsentaneũ inquit aliquis, putauit eas tenebras athenas usq̃ nõ peruenisse. At nõ athenis sed in Aegypto Hierosolymis ꝓpinquiori q̃ sint Athenæ, depræhẽsa est eclipsis: ut ipsa ex epistola: ut aliis ex authoribus manifestissimũ. Inquiet iterum, scriptorẽ euangelii, cum tenebras super uniuersam terram factas, ait, eius regionis terram intellexisse, assentiente & diuo Hieronymo. Num propterea ægiptum, num alias quoq; uicinas regiones exclusit? si dixero solis eclipsi tenebras Mirandulæ obortas, affirmabo ne obortas non fuisse Mutinæ? non fuisse Ferrariæ? non Rhegii? non Mantuæ? non Bononiæ? propinquis & uicinis urbibus? urgebit iterum cur aliquis seu latinus, seu græcus author eius rei non meminit? an ipse non meminit Dionysius Græcus, mediis & natus athenis? a n̄ ipsum nõ citat hac ĩ re aduersarium apollophanem: & tanti miraculi testem ducit in medium? testẽ tam notum rhetoricæ artis professione, ut eius auditor Polemõ Laodiceus a Græcis authoribus perhibeatur: qui fuerit præceptor Aristidis. Necesse ne fuit ut omnes hæc scripserint si uiderint? Num satis eo tempore unũ uel duos testes litterarum monumentis proferret? Qui euãge-

Polemon laodiceus.

sio subscriberēt ¡Myriadibus testium innumeris coruscā-
tis? Iam epistolā ab iniuria uindicauimus, sed lis adhuc non
data est, quando Dionysium alium uel Apollinarium pro-
ducunt, in quem libri de hierarchiis & de diuinis nomini-
bus referantur: & areopagitas iudices affirmant fuisse non
philosophos. Quis nā igitur hic erit Dionysius? Corinthius
ne ille cuius meminit Hieronymus in catalogo uirorum il-
lustrium? at pręterq̄ ꝙ areopagitæ huius, ille meminit, neu
tiq̄ ei libros hosce Hieronymus adscribit, & tñ quos scri-
psit enumerat, præterea nō patiuntur hoc ipsum tempora,
quādo areopagites Dionysius sub Tiberio floruit, adeptus
coronā martyrii sub Domitiano, hoc qui eius uitam græ-
ce scribunt uoluere, q̄q̄ alii græci malunt, sub Traiano, Co
rinthius uero Dionysius sub Antonino secūdo uitam egit,
ad cuius tempora nec Iacobus apostolus nec Petrus, qui
sub Nerone martyrii palmam est cōsecutus peruenere. In
libro uero de diuinis nominibus Petri & Iacobi qui tū erāt
inter mortales, mentio facta est. Multo quoq; minus ꝑ æta
tem licebit Dionysio Alexandreo hæc ipsa uolumina acce
pta referre, ut qui Origenis Adamātii fuerit auditor, & diē
obierit sub Galeno principe. Si uero Apollinaris Hieropo-
litani iudicium suscipietur hac in causa, utiq; secūdum nos
lis data fuerit, quādoquidem sub Antonino secūdo & ipse
floruit, & scripsit q̄ citantur a Hieronymo, horum tamen li
brorum de quibus est controuersia, nec uerbum quidem.
q̄ uero absurdius fuerit Apollinario Laodiceo hæc ipsa tri-
buere, & ætas Theodosii principis, sub quo excessit e uita
aperte declarat, & nomen hæreseos, quo & culpatū fuisse
legimus & damnatū. A quo crimine tm̄ abfuit Dionysius
areopagites, ut Cōstātinus philosophus sanxerit, libros eius
satis ad omnē hæresim abolēdā facere, quorū ope scripto-
res sacros potuisse & cito & facile, de hęreticis triūphū cōse
qui, quod & difficulter & lōgo post tēpore sunt consecuti,
ipsorꝫ carētia codicū, quos defossos ab hæreticis multa sæ
cula delituisse, gręcis monumētis est ꝑditū: & ab Anastasio
repetitū, ut hinc desinant mirari non nulli, Hieronymū &
alios eius ætatis Theologos, Dionysii librorꝫ nō meminisse

neq;

neq; item mirari eos conuenit: superiori etiā ætate ab Eusebio & aliis Hierothei sacrorū uoluminū factā non esse mētionem, nondū.n.reperti: sed nec Athenagoræ Christiani philosophi, cuius opera & alia quoq; nō pauca, mille trecētis & eo amplius annis, latinos homines latuerūt: sed & hymenæi & aliorū opera quæ non uidit Eusebius, postea uiderunt alii & literarū monumētis id ipsum mādauerūt. Vidimus & nos, habemusq; nonnulla q̄ nec iudicat Eusebius, nec Hieronymus se uidisse testatur q̄q̄ longe antiquissima. Minus quoq; illis mirandum est, Dionysium eundē fuisse iudicem atq; Philosophum: non.n.inter se pugnant isthæc omnia: maxime uero cōueniunt, q̄n & in Græcorū monumētis legimus & scientiā, & sapiētiā Dionysii uel hinc ꝓbe manifestatā, q̄m ex numero esset Areopagitarū iudicū inter quos nō esset adscriptus a doctis Atheniēsibus, q doctrina ipsa nō præstitisset. Adde ꝙ a philosophis pendēt plurimū & sæpenumero instituunt leges, quibus urbes ipsæ gubernant & iudiciis dirigunt. Scitūq; illud & celebratū dictū, felices tū fore urbes cū aut principarent philosophi, aut principes philosopharent: Platoni Atheniensi acceptū refertur: a quo & illud plane prodiit urbiū & rerū publicarū principes legū debere esse custodes. Platonis aūt philosophi doctrina imbutus plurimū ipse Dionysius fuit: primis iuuētæ floribus, & academiæ (ut Io.monachi uerbis utar) studiis eruditus quod ex eius libris licet cōiectura dep̄hēdere, maximeq; inter tractādū diuina nomina: in quibus explicādis cœlestis meminit hierarchiæ. Vt iā desināt ꝑdere eundē utriusq; operis authorē nō haberi Dionysiū. Illud ego in eis mirari possum, cur scripserint, Gregoriū cū literas Dionysii citat, nō indicare fuisse eū areopagitē, hæc sunt uerba Gregorii in cōtione siue omelia.xxxiiii.sup Lucā in qua de ordinibus disserit angelorū, fert uero Dionysius areopagita antiquus uidelicet & uenerabilis pr̄ dicere q̄d ex minoribus angelorū agminibꝰ foras ad explēdū ministeriū uel uisibiliter uel inuisibiliter mittunt. Hæc Gregorius ī eo codice: & in oibꝰ q eōdē ꝓlo sūt afformati, q̄bus areopagitā Dionysiū de cœlesti hierarchia disseruisse testat. ipso quoq; Gregorio

De Origene. uetustior Origenes si non fallit inscriptio, & apud Parisios & alibi mandata Impressioni: Certe aut origenes, aut inter ueteres authores aliquis alius tam doctrina præstãs quam facundia, & Dionysii areopagitæ meminit & cœlestis hierarchiæ inter exponendum primum caput euangelii Ioãnis isthæc uerba citat: ait enim: magnus Dionysius areopagita (latinam refero translationem) esse omnium, est super essentia & diuinitas, uerba sunt ex quarto cælestis hierarchiæ capite sed non recte conuersa. ita græce se habent τὸ γαρ ἔιναι πάντων ἐστὶ ἡ ὅπερ τὸ ἔιναι θεότησ

Quibus uero uidetur tantum cerimoniarũ christianis non fuisse priscis illis temporibus, q̃tum describit Dionysius, illud considerandum: aliunde scire nos non posse, q̃tum cerimoniarum illis fuerit nisi & a signo, qui cerimonias ipsas prisco illo tempore scriptas mandauerit posteritati: quod a nullo præterq̃ a Dionysio ipso factum ad hanc diem resciuimus. ꝙ autem plures nũc habeamus: q̃ prisci habuerint dum has, illis, quas recensuit Dionysius, conferimus cõponimusq;, nosse utiq; nobis datur. plures uero an pauciores eis: quas numerauit Dionysius habuerint prisci, neutiq̃ dabitur. ꝙ uero non minimis usi fuerint, & ex apostolo Paulo & ex ecclesiæ nostræ decretis colligere nõ nihil possumus, quãdo memoriæ ꝓditũ est, multa nostræ religionis dogmata, successione ꝓpagata, & utẽtium firmata moribus, fuisse quæ postea nõ scriptis, sed uoce ad nos manauerint. Hæc satis uideri potuissent facere pro Dionysio areopagita aduersus eos, qui & libros ipsius alienis adscribere non sunt ueriti, & eius epistolam de solis præter naturam eclipsi, ueluti fictam deriserũt. Tot enim & rationibus & testibus, cũ græcis tum etiam latinis: existimamus, & eius nomen, & libros, ab omni calumnia sic assertos: ut etiã in eos possit culpa referri qui contra senserunt: iudicãtes tota lege nõ

Aristoteles. perspecta, quod apud iure cõsultos piaculum habere, περ σόλιγα ἐπιβλέψαντεσ quod Aristoteles ipse non tulit: sed alia non desunt quibus minus nobis ferendũ uideatur. ꝙ græcis in literis eruditi Dionysio derogent: quãdoqdẽ poterãt de limine: ut aiũt, didicisse, & ipsis in Suidæ collectaneis

neis facile cõmoneri, Dionysiũ areopagitã authorẽ fuisse eo rũ librorum, q de hierarchiis, de Mystica theologia: de diuinis nominibus inscribunt tantũq abesse ut Dionysio alicui, nõ Areopagitæ, aut Apollinari adscribi hui⁹ ipsius authoris libri possint, ut cũ duodecim ibi citent Dionysii, primus cõstituatur areopagites: & eius opera recenseãtur litteraria, & quæ de solis eclipsi narrata sunt eius in epistola: maxime celebrẽtur. Apollinaris uero libri non modo ibidẽ numerant, sed & pater citatur eiusdem nominis: & aperte narratur tẽpus quo uixit: a Dionysii tempore longe remotũ: heresios quoq dogma & citatur pariter & refutatur, cũ in ipsis græcis collectaneis tũ in Socrate historico græce scribente, & occasionem cur nepharium dogma confuerit plane multaq diligentia referente atq etiam in Theodorito egregio certe facundissimoq theologo & græca quoq historia celebri: In qua & dogma ipsius Apollinaris cũ refertur tum reicitur, & a Sãctissimo Pontifice Damaso damnatũ literatiis monumentis explicatur dogma certe tam a Dionysio diuersum quã a tenebris lux, & a mendacio ueritas: quam & sincere docuit & sanguine confirmauit ipse Dionysius, per cuius doctrinæ uestigia & ueteres perrexerunt & præter admodum paucos etiam ii: qui nostris temporibus in literis pcipue floruerunt, inter quos: Ioannes Picus patruus meus, quod & ex eius operibus & ex nostra pro libro eius de uno & ente defensione te puto facile resciuisse: Ad quẽ nostra hęc, quo tibi gratum: aliis utile faceremus, scripta uolui, neq enim illis indiges per te doctus: & mecum pari affectus molestia tantum fuisse audaciæ nostris hominibus, ut ne præstãtissimo quidem theologo eidẽq martyri pepercerint. Cuius felicissimam animam si iuncta corpori terrarũ orbem inuiseret: eos ipsos adhunc fere modum: quãq omnino meliorem, allocuturam fortassis existimamus. Siccine uos mortales experior gratos laboribus & erummnis meis, siccine doctrinæ cartis mandatæ ppitios, siccine bene precatos & sanguini meo quem fudit & capiti: quod abstulit impius ensis. Nũ uos pudet apud nostræ religionis hostes cum meis interfectoribus uidere certare perfidia: uideri il-

Damasus Pontifex.

lis ipsis præstare impietate? Nam quæ olim impia gens in meam est grassata necem, nunc egregie pia: & cadauer meum & nomen ueneratur, assiduasq; mihi preces effundit. Trucidare uos iterum me & quidem Truculentius tentauistis. Quando non iam necem corpori, quod per ipsam fœlix est futurum: sed Doctrinæ sed gestorum memoriæ, qua hominũ in animis uiuo prorsus immortalibus: e aq; ipsa monstratur semita quæ ducit ad cœlum, quantum in uobis est perniciem attulistis. Abstulistis doctrinam martyri, martyrem doctrinæ & areopagi titulum quo celebris olim inter Athenienses eram, apud nostræ fidei cultores eo cõtempto celebrior, tam a doctrina quam a martyre depulistis. defodere mea litteraria monumenta ignari & inuidi hostes Christianæ fidei uos ab effossis monumentis toto terrarum orbe clarissimis meum nomen abraditis, eiusdem asseclæ fidei. per fœlicitatem quam & ego teneo, & mortales expectant, oratos uelim qu cunq; me de omnibus egregie meritum: uexare non desinunt mihi nihil: sibi ipsis molesti: ut studia sua ad Christiani nominis hostes oppugnandos: ad fidem ipsam quam scriptis probaui, quam sanguine confirmaui longe lateq; propagandam: uertant, nec modo parcant mihi, sed per mea meiq; similium uestigia, curent beatos æternum fieri. Mirandulæ post tuum discessum cum primum tantum ocii nactus, ut tuo uoto satis in parte facerem.

FINIS.

Eiusdem Ioannis Francisi Pici Mirandulæ Domini, Concordiæq; Comitis a misero moribundæ uitæ somno ad perpetuā fęlicis uitę uigiliā Excitatio.

EXciri ne unq̄ genus o mortale ueterno
Non dabitur misero? Cur nunc sopita recludis
Lumina: nunc iterum claudis? fortasse grauatum
Attonitumq; iaces læthææ ad murmura ripæ?
Nam tibi sublustres uarium per inane figuræ
Spectantur, secus ac constant: non propria captas
Gaudia: at incassum, falsaq; Cupidine sensum
Deludit simulans et uera maior imago.
Auertin uultus? & caligantia tardo
Lumina sustollis cœlum auersantia motu.
Iam liceat, liceat tandem caligine pulsa
Offectos tenebris oculos, & nube maligna
Vertere ad æthereos tractus: ad culmina olympi.
Quo nobis datur ire, illuc conscendere fas est
Virtutum pennis, miseræ post tempora uitæ.
Aeternāq; breui cursu contingere metam.
Illic perpetuum regnum, & tranquilla uoluptas
Omnigenis conferta bonis, penitusq; malorum
Expers perpetuo fœlix: fine fine beata.
Qua somno hoc frueris, breuis est, magnisq; libido
Plena malis, mærens, celeriq; fugacior euro.
Quod cupis: & metuis semper fluit, inclyta regna
Diuitiæ, forma, atq; humanæ laudis honores
Tam cito pręterreunt rapidi q̄ fluminis unda.
Et circum pelagus curarum exęstuat ingens.
Ac uelut in lippos oculos cum fumus oberrans
Sæuit, & in superam post hac conuertitur oram
Sic animum affligunt curæ. furit ipsa Cupido
Quærendo: & pauitans retinet, semperq; timore
Comprimitur misero: ne re spolietur amata.
Ergo quid incassum sectaris somnia rerum
Quæ nusq̄ inuenies, inuentaq; protinus ipsis
E manibus tenues abeunt ceu fumus in auras.
Cur quod amas tanta premeris formidine, ne te

Genus hum̄ ut hoiem allo- q̄t semisopitū

Alludit ad lę- thes fluuiū et ad murmur Ouidio cele- bratū p irrisio nē et ad cogno minis flumi- nis obliuionē. Nam maiora uero sunt sen- suū blādimēta et simulata nō syncęra gau- dia.

More eius qui excitus uelit redormire.

Breuiter fœli citas subindi- cat: de qua la- tius in fine.

Explicatur, qd ante uniuersū dictū fuerat. Iuxta illud Apostoli. pręte- rit figura hu- ius mundi.

Quoniam q̄ prçteriit homi nibus collatū non est.

Non solū non firmarūt Pōpeiani triūphi adūbratā eius felicitatem sed calamitatē fecerūt insigniorē: quod notat ab Aristotele in rhetoricis in uniuersū.

Eo modo insigníor fuit calamitas pluribꝰ coronis ornata: uictimę aūt coronabātur: ut notum est.

Deserat incassum metuis. Nam fugerat ante
Quā caperes: celeri in nihilum post terga uolatu.
Nil stabile in terris. non tot mutare figuras
Protea finxerunt ueteres de more poetæ.
Quot uarios uertunt humana negotia uultus.
Hinc q̄ conspicua facie nunc clara uidentur
Mox obscura latent, & q̄ nunc prospera blando
Sucessu arrident, uerso modo lurida uultu
Mœrent, in præceps rebus deiecta secundis.
Non potuit miseri piratica laurea magni
Totq; cruentatæ deuicto ex hoste coronæ
Auulsum ceruice caput seruare, uerendum
Romano quondam populo augustoq; senatu.
Illud sanguineis præpes uictoria pennis
Quo magis ornauit. magis inde misertima cædes
Seruili cōfecta manu, conspecta refulsit.
Pugnantem innumeris socerum mens prouida bellis
Seruauit miserum: ut longe lateq; potitus
Europæ atq; asiæ rebus, libyæq; triumpho
Insignis, generi uictor, Romaq; recepta
Dictator, patriæ caderet, conspectior inde
Victima: tot tantisq; olim redimita coronis.
Illos laurigeræ capitolia ad alta quadrigæ
Cum traherent, læto plausu, populiq; patrūq;.
Non ne uidebantur tacito hæc, uelut ore monerent
Quā grauiore ruant datur hinc sublimia casu
Noscere. q̄ multo nisu nocitura petantur.
Illum etiam nostra quem tempestate potitum
Artibus innumeris, opibus, multoq; labore
Insubrum sceptro conspeximus, aspera tandem
Conclusit cauea. hic triplici trieteride uinctus
Confectus senio & curis, mortalia liquit.
Atq; alium paruo post tempore uidimus altis
Elatum titulis: quem Roma ambibat ouantem,
Quem mare quod supra est tremuit quodq; alluit infra
Ludibrium humanæ sortis ter compede uinctus
Sistitur hic, terno tandem conamine liber
Impyrenea mactatur uictima ualle.

Mente memor refero, multos spectasse caducis
Molibus impositos magna cecidisse ruina.
Vrbibus hæc etiam notum est contingere, quorum
Passim desertis dilecta cadauera campis
Procumbunt. Cecidit Babylon præclara, cubile
Quæ nunc strata iacet serpentibus, inclyta quondam
Assyrii regina soli, tot fœta triumphis
Aegypti tellure iacet, iacet obruta aratro
Olim quæ steterat portis celeberrima centum.
Nunc uicus tenuis Lacedęmon: legibus olim
Atqꝫ armis clara: & uilis nunc uicus Athenæ
Insignes sophia & Persarum cladibus olim
Quos primum terra mox late eiecerat unda.
Nunc deserta Paros candenti cognita saxo
Victrix Miltiadæ magni, qui persida quondam
Vicerat angusto clausam Marathonis in aruo.
Nunc fera Carthago siluestribus horrida dumis
Et paucis minimisqꝫ habitata mapalibus, optat
Ne se diripiat libycæ fera bellua terræ.
Et quæ iam Mædo pella imperitauit hydaspi
Incurui premitur nunc duro uomeris usu.
Harum instar celebres quæ nunc spectantur, ad omnem
Mollitiem & luxum promptæ, quis purpura muros
Contegit, atqꝫ auro contexta aulæa superbo
Exornat, si non sternendas forte putasti:
Te iam Romanæ admoneāt fragmenta ruinæ.
Ergo quid in plummis marcescis mollibus ægrum
Perpetuo nictans? ritu cur terga ferino
In Cœlum obuertis? uentriqꝫ per omnia solers
Indulges, opibusqꝫ uacas, & quæris honores?
Quos & si nolis uiolenti turbinis instar
Dilapsos perdet certo mors pallida cursu,
Quæ cuncta abripiet quis oblectamur ouantes
Num te bella nimis circunstridentia, multo
Sanguine, iam suso, num gliscens improba pestis
Atqꝫ fames, celeri mortales pergere cursu
In mortem monuere? & quam si cætera desint
Affore nil dubium, properat dum curua senectus

Cęsar borgia

Ita referūt qui in Assyria fuere: ppe Babylonē non habitari ppter serpentum multitudinem.
Aegyptię thebę.
Quod uici tenues sint referūt q uidere Historię notiss. cum apud multos tū pręsertim apud Plutarchū et Probū.
Supra ex asia et Europa: nunc Aphrica exemplū.
Hoc oib⁹ partibus Alexander dn̄atur.
Argumētū futurę ruinę ex et romę preterita et palam spectata.
Epilog. excit. ex collectione incommodū.
Pręsentes calamitates stricti̅m expressę.

Plena malis mœrens, tremuloq; innixa bacillo.
Corpora cum rugæ sulcant, uiresq; recedunt
Si tibi diuitię cordi, tum Lydia Crœsi
Gaza animum subeat, bello intercepta cruento.
Si te delectant deuictæ ex ordine gentes.
Quæsitumq; diu multo cum sanguine sceptrum,
Cyrus in exhaustum sitiens per bella cruorem
Te exemplo doceat, contentum uiuere paruo.
Si te forma capit, uetulam tibi finge tueri
Tindarida, ad speculum mirantem flaccida colla
Et ferruginea scabros rubigine dentes
Pendentesq; genas nimium, rugasq; notantem.
Et quæ olim cecini libuit cum expellere Roma
Idalios ignes cæciq; Cupidinis arma
Occurrant animo, atq; ægro medeantur amori.
Quæq; etiam uanos numerorum lege soluta
Bis binis libris procul eiecere furores.
Si studiis ardes doctrinæ in sęcula nomen
Edere: q̃ facile intereant monimenta requires
Nusq̃ Varronis celebrata inuenta per orbem.
Qui q̃q̃ cœlum terrasq; amplexus & omne
Bellorum & pacis studium, tamen inde supersunt
Vix elementa quidem linguę interrupta latinæ
Et parui cultura soli, meliora uel ignis
Vel lympha absumpsit, uel furuum absorbuit antrum.
Vel rapuit bellum, & uictoris perdidit ira.
Nusq̃ nunc superest grandis res publica Tulli.
Nec natæ luctus, quo se solatur amantem.
Non Romæ egregia quondam se consule gesta.
Non sophiæ laudes, non Porti facta Catonis.
Non extant Graiæ aut Latiæ monumenta camœnæ.
Ac Liui quondam numerosa uolumina, paucis
Exceptis: pridem exedit cariosa uetustas.
Adde quot ad Nilum paruus combusserit ignis.
Quot numeret libros doctissima Græcia: quorum
Quid quæso nobis notum est nisi nomen inane?
Sed finge extent ut docti monimenta laboris
Cum semel occideris, quid te iuuat inclyta fama?

Vires cũ recedũt quas uno uirtutis noie medici nũcupãt seq́t mors

Remedia breuia singulis morbis animi

Allusio ad illđ Ouidii Flet quoq; ut i speculum.

Notaŕ opusculũ auth. de expelléda Venere et primum eius carmẽ citatur.

Ité quattuor libri de amore ad Leonem .x. Pont. Max.

Causę corruptionis librorũ nã igne plurimũ fiũt: qñq; aqua ut i hydaspe historia: qñq; i subterraneis cauernis: ut apͤ Straboné de libris Aristotelis et Theophrasti: qñq; populationibus urbiũ: ut Gotthorũ tempore.

At iuuit

At iuuet & fuerit nil mendax: illius ergo
Quid nam alii dicent iam functi munere uitæ?
Tempus erit cum iam nullis animantibus agri
Præbebunt alimenta, cadent hominesqꝫ feræqꝫ
Soli homines tumulis exurgent: omnia scripta
Tum rapidus paruo nisu populabitur ignis.
Ac superas sedes conscendent ipsa piorum
Agmina, uictura æternum cum principe rerum: et
Impia tartareo mergetur turba profundo.
Hæc animaduertens somno exturbaberis alto
Si triste aut lætum fueris. teqꝫ instar habendum
Conspicies hominis, qꝫ iam resupinus in altis
Cum stertit plummis: delusus imagine falsa
Siue aurum manibus magna dum claudit in arca
Gaudens, e somno post paulum excussus auaro
Tristatur repetens euanida gaudia secum
Siue in tormentis angi dum nocte sopora
Se putat, a requie tum cum est excitus inerti
Gaudet ouans: uigiliqꝫ animo sua damna uolutat
Arctoo citius fugisse aquilone per auras
Atqꝫ ita præsentis uitæ uel gaudia mille
Vel mille ærumnas tanti pensabis, ut olim
Credideris uolucri fugisse simillima somno.
Hinc animum tandem supra caliginis atræ
Educes nebulam: clara qui sede potitus
Sublimi e specula aspiciet, q̄ firma caducis
Præstent, q̄ terræ cœlum, q̄ gloria, pœnæ.
Nec secus ac flumen rapidum, mortalia cursu
Effluere in mortem circũspectabit: & omnem
Humanam turbam uanis confidere rebus:
Et similem tenero flori, quem uerna Fauoni
Aura tulit, ceciditqꝫ prius q̄ promp͛sit odorem.
Viuimus, id punctum est, nam qđ fuit ante, recessit
Quod sequitur, nondum est: successu pone futurum.
Quin etiam hoc ipsum qđ uiuimus atqꝫ mouemur
Atqꝫ sumus: Deus impartit, qui cuncta creauit
Ex nihilo, immotus semper, qui cuncta gubernat.
Qui genitum summo uoluit descendere cœlo.

Ignis tp̄e iudicii ad quē uel allucinãtes de ducta ex ueteri testō notitia p̄hi gētium et poetę respexere stoici gręci uterqꝫ Seneca Epicureus Lucretius cęteris

Prẹmia iustorum.

Pęna dãmnatorum.

Tartari mẽtio antiquiss. iam inde ab Homero per Platonē in Phedone et. R. P. repetita. eadẽqꝫ appellata i sacris litteris noui testamenti.

Collectio uniuersę cōsiderationis.

Nihil .n. tp̄is momẽtũ habemus qđ p̄batᷣ ab Aristotele et aliis.

Ex Paulo apostolo dicẽte in eo uiuim⁹ mouemur et sumus.

Virginis & ſacra carnem deſumere ab aluo.
Perq; crucem primæ delere piacula noxæ.
Hæc ille omnipotens miro ſucceuſus amore
Contulit humano generi, ut deduceret orco.
Vt clauſi culpa portas reſeraret olympi
Ipſo quo felix iam iam frueretur: & omni
Præmia tum poſſet maiora capeſſere uoto
Cum penitus mens ipſa bono coniuncta ſupremo
Intutu hærebit fælici hærebit amore
Semper auens ſemperq; fruens ſine ſine beata
Atq; adeo fælix rediuiuum ut corpus in æthram
Sublimem ſecum magni in tecta alta tonantis
Euectũ, ingenti perfundat luce coruſci
Vt ſuperet ſolis radios, ut ſolis ab ortu
Solis ad occaſum ſubito, ſeptemq; trione
Arctooq; polo, ſubito referatur ad auſtrum.
Tam facili eſt motu, & tam claro lumine fulget.
Corpora quin etiam tam permeat omnia nutu
Fælicis animæ, moles ut nulla retardet.
Tam ualidum & pollens, ut nec uis magna triſulc
Fulminis afficiat ne dum terrena fatigent.
Hæc decora, hæ dotes, fœlicia munera mentis
Quæ ſummum coluit: ſummum eſt uenerata parentem
In terris, & membra ſibi coniuncta coegit
Imperio rationis agi, & ſeruare uerenda
Quæ ſacri ad fontis undas promiſſa renati
Sancimus: uel ſi qua lues de gurgite tetro
Cocyti ingruerit, docuit diſpellere ſalſis
Vbertim lachrymis, & pectus tundere anhellum: &
Pontificis manibus caput inclinare ſuperbum.
Vnde alti reſerata poli, mox cardine uerſo
Ianua, ad immenſi ducit ſolia alta tonantis
Peruigiles: ſomno longe lateq; fugato
Morte obita, ad decimum ſummi penetrale parentis.
Sic o ſic libuit trino decernere regi
Sic o ſic cœlum extremum penetrare licebit.
Et ſuperæ molem ætheram conſcendere ſedis.
Et nulla incluſam meta iam uiuere uitam

Caus. cur de^9 homo factus.

Intellectu et uoluntate beatitudo animi conficit ſemp impletur deſiderium iuxta illud ſacrũ delectationes in dextera tua uſq; in finem.

Dotes glorioſi corporis.

Claritas.

Agilitas.

Subtilitas

Quam ſit impatile corpus.

Quę pmiſſa in baptiſmo.

Pęnitentię ſacramentm.

Iuxta illud ſacrum.

Mors nõ erit ultra et illud abſorpta eſt mors in uictoria.

Aeterna uita nullo cõphẽſa termino.

Alluſio ad antiq. phil. et po.

Sũt q elyſios putauerit fortunatas iſulas

Aeternam: plenis perq; omnia secula uotis
Fælici ambrosia, fælici nectare pasci.
Non quibus elusi ueteres pauere poetæ
Infortunata (ut perhibent) tellure retrusos
Quæ circum oceani magno contunditur æstu
Elysiis prælata locis, seu limite in alto
Aeris inclusos puri, qua lactea fulget
Orbita: mendaci quondam celeberrima cantu.
Sed quibus æterni proles æterna parentis
Pollicita est satiare pios supra æthera, supra
Candentem decimi mensam dona ultima regni.
Qua manet in flore æthereo perfecta iuuentus
Qua fluit e stabili semper torrente uoluptas.
Quantam nec licuit oculis haurire, nec ulla
Aure capi, aut nullo penitus sub corde teneri.
Nam quodcunq; olim felix faustumq; putarunt
Sensibus addicti mortales, spernere fas est
Vt miserum, tanto si componatur honori.
Quando una hæc hominum superat iam gloria captus,
Quod suberunt pedibus radiantia sydera cæli.
Quæ semper ueluti stellata aulea micanti
Lumine, nunc nostris oculis prætenta refulgent.
Vt curuas in terram animas moribundaq; uota
Sectantes: patris oblitas, patriæq; supernæ
Perpetua inuitent æterna ad gaudia luce.

FINIS.

funt q̃ sup̃ elysios sub terra collocatos reposuerint. In galaxia reposuere q̃dam idolatre aĩmas quã opinionẽ tãgit Lucan⁹. Mẽsa de qua Christus in euangelio. Iuxta illud tõrẽte uoluptatis tuç potabis eos. Apostolus q̃ nec oculus uidit neq; auris audiuit nec in cor hominis ascendit.

REGISTRVM.

A ii B ii C ii D ii E ii F ii G ii H ii I ii
K ii L ii M ii

Impressum Bononiæ a Hieronymo de Benedictis Bonoñ.
Anno Dñi. M.D.XXIII. Mense Maio. Adriano Sexto
Pont. Max. Regnante.

ERRATA.

In .i. libro. de Strigibus Folio primo facie.ii.inuenit penis, repone, pēnis. & rostri. rostris.fol.ii.nutricis insidiātis, nutricis mō insidiātis.fol.iii. fac.ii.gurgitē, gurgite, aborrerent, abhorrerent.fol.iiii.Telisarchus, Telesarchus. Hipplytum, Hippolitum. Polayanthus, Polyanthus. Fol.ix.perceperint, præceperint.perstauerint, prostauerint.in.ii.fac.audituris, audituros.

In.ii.libro. Fol.i.adhibitis, adhibetis.fac.ii.μιγάισσα, μιγείσσα.essentiā, essentia.fol.ii. Nōunq̄, Nōnūq̄.ubi inueneris post, ludo intersint.PH.pone.DIC.unū in pristinū, in pistrinū.cōia tā cōia tñ.fac.ii.hęc iuris.hæc qdē iuris.fol.iiii.fac.ii.ab eo hodie, ab eo die.ῶ νόξ, ῶ νὺξ.fol.v.q̄ fatent, quæ fatent.accepti, accepi.diilici, difiici.impepeaiméto, impediméto.fac.ii.afferrimus, afferimus.hoc in oppido natus, notus.arguis argus.fol.vi.Ariolobalaæ, Ariolo Balaæ.qcq̄, qdéq;. diem uesperi, dum.fac.ii.prima facie, ꝙ facie.miseris miraculis, mulierculis.obiectentur, oblectentur.fol.vii.ueneficia illa, uenifica.Ad mētis, At mētes.fac.ii.referebant, reserabant.fol.viii.fac.ii.mynisteriū Dyadis Mareta, myestriū Dyadis a Zareta.cū ardore, ardere.fol.ix.fac.ii.deludi strige, striges.pręponā, proponā.minoris grauitate, minori.fol.x.fabulasiores, fabulosiores.fa.ii.quæ uero, cōtra uero.

In libro.iii. Fol.i.luuāt, luāt.fac.ii.utiq; tā, utiq; a tā.ut mali, ut nil mali.bonū aliqd, aliqd.patratris, patratis.fol.iii.AP.Augustinū, āp Aug.fac.ii.ut dæmonū, ui dęmonū.fol.iiii.fac.ii.exsorberat, exsorbuerat.in hora, in ora.nō alit, nō aliter.si minus utrūq;, ut cūq;.fol.v.fulmine istū, ictum.post quidni pone PHR.filii dicerēt, dicerent.fac.ii.Eorū quæ, Ea quę.fol.vi.Si qd, Siqdē.fol.vii.διστέυσ, διστεύουσι.fol.viii.uenitor, uinitor.qd a pueris, qdē i ult.fol.fa.ii.ubtilitate, subtilitate.

In oratione. Fol.i.habuere cōtemptus, cōtemptui.fol.ii.in precibus, ni precibus:meliorū, meliorē.fol.iiii.fac.ii.si partui, paruis.fol.v.monstra circa, Circæa.nullus mercimoniis.nullis.

In epistola. Fol.i.protextu, prætextu.fol.a plautinis, plautianis.fac.ii.stupēdiq;, stupēdoq;.meritoq̄, meritoq;.alicui⁹, alicui.eo ꝙ sane, eoq;.an quē, ad quem.ϖόυ, τόυ. Apollinaris, Apollophanis.Dionysium ipse, Dionysius ipse.fol.iii.θέον θέοον, τὸ θεῖον.quoddā inane, qddā & iane.fol.iiii.fa.ii ἥϖερ, ἤ ὑπερ.

In carmine. Fol.i.fine fine, sine sine.fluit, fluit.Impyrenea, In pyrenea. Fol.ii.in margine lege, His oībus partibus.Alex.dominabatur.Item ex & Romæ, ex Romæ.

Iulius Cæsar Flaminius. Io. Fran̄. Pico Mirādulæ Dn̄o. S.

n Ihil est illustris, ac literatissime Princeps, quod uehementius unq̄ optauerim, q̄ non tm̄ a claris, sed etiam bonis uiris amari, & illis plurimū placere, ac inter eorū amicos adscribi, præcipue ubi nobilitatē humanitas, uirtutū splendor, & excellēs doctrina comitatur, quod cū apud alios quosdā Principes, ac eruditos homines sæpe tentauerim, impræsentia putaui me debere oblata præsertim occasione, qua nulla maior, & gratior offerri poterat, apud te quoq; tentare, ut si possem, tali me studio tibi etiā coniungerē, & in clientelā tuam susciperer. Quid. n. homini potest esse iucūdius? q̄ in bonorꝫ cōsortiū, & amicitiā recipi, sine qua difficulter, ut inquit Tullius, uirtus esse potest, & cū eo necessitudine deuinciri, qui omniū amore dignissimus sit. His ego impulsus causis hanc ad te epistolam dare ausus sum, ut intelligeres, me quibuscunq; rebus queam, tuū fore, & ad omnia, quæ tibi gratificari ualeam, paratissimū. Nam cū Leander Albertus utriusq; nostrum amātissimus propter negocia, quibus undiq; distrahitur, nō posset, uti uolebat, & necesse erat, imprimēdo de Strigibus Dialogo a te nuper edito, interesse, in partē laboris eiusce me delegit. In qua re pergratū me tibi pariter, ac illi facturū existimaui, si postpositis omnibus opusculo elegantissimo intēderē, in quo tanta fide, ac diligētia elaboraui, ut non maiorē in Flaminii patrui, ac uerius parētis mei monumentis diligētiā, & sedulitatem reposuerim; in q̄bus quidē libellis, quātus sis, ita appares, ac emines, ut hoc sacrum inceptū per se, si nulla extent alia ingenii tui monimēta, possit ad tui nominis imortalitatē sufficere, unde præter uoluptatem incredibilem, uberem certe fructum cepi, nam mehercule materia hac ad expellendos a nostra religione magnos quorūdam errores, nihil salubrius, ac ualidius afferri poterat, Nihil ad morꝫ censurā in eo genere, (ut mea fert opinio) cumulatius, elegātius, ac efficacius describi: Pro Dionysio itē Areopagita nihil certius depromi, & uerioribus testimoniis, ac indiciis, q̄d intendis cōprobari,

Heroico autem Versu, quia nos quoq; poeticæ facultati libenter operam impendimus, nihil erat, quod aptius, & diuinius discuti posset, hominiq; si diligenter ea legat, magis necessarium. Quibus omnibus de causis tibi me cũ cæteris, quibus tuo labore prodesse maxime studes, debere plurimum puto, & gratias ago, q pro Christiana Republica tot iam tui labores in publicũ ꝓdierint, & polliceor, si Iuliũ Cæsarem tua dignum amicitia iudicaueris, me enixe operam daturũ, ut intelligas, & experiare, nihil mihi hoc tempore gratius accidere potuisse, quam in numerum tuorũ amicorum, uel clientum recipi. Vale, & me ama.

005644093

